Catechiſmu

JUDÆORUM.

In diſputatione & dialogo magiſtri ac diſcipuli ſcriptus à Rabbi Abrahamo Jagel, Monte Silicis oriundo.

Et latinus ex hebræo factus à

Ludovico de Compiegne de Veil, A.M.

LONDINI:
J. & J. Playford, pro *Sam. Carr*
apitis Regii in Cœmeterio
ulin 1679.

Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo

In Chriſto Patri,

HENRICO COMPTON,

Epiſcopo Londine ſi, *Regi*

à Conſiliis ſanctioribus, & Regii

Sacelli Decano,

Ludovicus de Veil

P. S. D.

PArvum ego tibi, Venerande Præſul, fero munuſculum, velut eoru , quæ deinceps in hac inſula fortunata confecturus ſu ; operum primitias & libamenta.

Per-

erſpicuum eſt enim ab antiquiate pagana juxta atque judaica, primitias temporum, laborum, fugum, & fructuum eò conſecratas eſſe, ut rerum auctorem prædicaret, efferret, celebraret: haud abſimiliter ego nunc quod primum hîc converti monumentum hebraicum eâ mente tibi dedico, ut hoc anathemate palàm fiat otium mihi literarium à te conſtitui. Quam quidem grati ac memoris animi teſtificationem per ſe ipſam acceptam tibi fore confido: præterea autem ejus, quod offertur, ſcripti genus, ſcio, non mediocriter oblectabere. Nimirum in eo de principiis Moſaicæ religionis diſſeritur, atque ita diſſeritur, ni hil ut ad veræ virtutis amorem,

Quò meliùs agitur cum iis, quo in tutelam ac fidem commi tuam Deus Optimus Maximus Hi tete pro concione ſinguli diebus ſolemnibus audiunt ex plicantem oracula divina divinó numine afflatum : his faciles ſem per ad te patent aditus : horum alios conſolando, alios conſilio aut re, aut ponderoſa commen datione juvas : hos omnibus ſtudiis, laboribus, vitæ periculis complecteris. Id videlicet an tea ſæpe cognitum eſt : verùm enim ex quo patefieri cœpit illa ſceleratiſſima conjuratio in Apoſtolicam religionem, in regem auguſtum poſt hominum memoriam longè clementiſſimum, in omnes, quotquot ſunt Chriſto & egi fideles, lumen animi, inge-

nii, consilii, instinctu divino concitati, simul unà fortitudinem omni virtutum choro stipatam Ecclesiæ, regi, patriæ ostendisti. Quid ? Tuorum ego glorioso studiorum cursu quid satis dignum prædicem ? Tantum abest, ut, cùm ad doctrinæ lauream aspirares, id quod tibi compendium laboris splendor generis offerebat, acciperes ; ut potiùs in sapientiæ priscos illos investigatores Pythagoram, Platonem, & horum similes inspiceres, & illorum exemplo maria transmitteres, multas & varias regiones amplissimas omnium disciplinarum laude florentes peragrares eo consilio, ut harum doctissimos quosque viros adires, audires : hinc illa rerum divina-

rum

rum & humanarum interior & recondita cognitio tua: hoc illud tuum naturâ ſolers & acre judicium ſic acuit, ut primo jam aſpectu verum à falſo dijudices, cujuſvis hominis mores perſpicias, atque etiam intimos animi receſſus penetres. Etenim ita multæ ſunt egregiæ tuæ laudes, ut in anguſtias epiſtolæ concludi nequeant: itaque jam ad me revertor. Equidem meum hoc tibi, Reverendiſſime Pater, qualecunque munuſculum pro tuo literarum atque literatorum ſtudio haud ingratum fore certò ſcio: verùm enim ſi perpendatur in omni munere non tam quid detur, quàm quo detur animo, quidquid id eſt certè cum ſingulari ſenſu pietatis offero. Nempe tu-

tuorum erga me meósque meritorum eſt ea ratio, ut tibi non ſecus ac optimo parenti cultum, honorem, & pietatem adhibeam. Pignus igitur gratæ voluntatis in te meæ monumentúmque tibi conſecro, ſimul & votum hoc ſanctè nuncupo, ad extremum vitæ ſpiritum obnixè omnia me facturum, ut hac tuâ benignitate indignum me judicet nemo. Vale. Dabam Londini 3 Idûs Maii, 1679.

PRO-

PROOEMIUM

Interpretis.

PRincipia fundamentáque Moſaicæ Legis ex hebræo ſermone latinè reddita in lucem profero: imul & Judaicæ perſuaſionis ejus, quæ nunc eſt, articulos tredecim: quibus quidem ſic adhæreſcit illa natio, ut, ſi quis ex ea vel unicum horum detrectet, actum ſit, homo de communione ſynagogæ deciderit, & ſuum Judæi nomen amiſerit.

Omnino locum iſtum quàm copioſè tractavit Rabbi Moſes Majemonides. ſcriptorum Hebræorum facilè princeps.

runt & alii deinceps benè multi, Dominus Iſaacus Abarbanel in eo libro, qui ראש אמנה Caput religionis inſcribitur: Rabbi Tam is, qui fuit Rabbi Salomonis Jarchi è filia nepos in ספר הישר libro de recto: Rabbi Joſephus Albo in ספר עקרים libro de fundamentis: Rabbi Chiſda, Rabbi Abrahæ filius, in ספר אור יהוה libro de luce Domini: Rabbi Joſephus Jaabez in libris duobus, quorum uni nomen eſt מאמר האחדות Diſputatio de unitate Dei, & alteri ספר האמונה Tractatus de fide: Rabbi Sem Tob in ספר האמונות libro de rebus credendis: Rabbi Elias Delamdenu, Rabbi Moſis Cretenſis filius, inſignis philoſophus, in libro cui titulus בחינת הדת Examen Legis: & auctor anonymus ejus libri, qui מאמר השכל

Dicta-

Dictamen ratiqnis *appellatur : verùm enim hac de re ſcriptores illi fusè nimis, nimiſque perplexé. Nimirum huic illi argumento multas & varias intexuere controverſias oppidò ſpinoſas, ad quas explicandas longis ambagibus & circuitionibus adeò magnis utendum erat.*

Ea de cauſa noſter hic auctor in animum induxit ſuum, ut ſuperiores ſcriptores adiret, atque uniuſcujuſque quod erat in eo genere belliſſimum carperet, unde quoddam faceret quaſi commentarium, idque ſolidum & ſucci plenum. Etenim concinnavit inſtitutionem ejuſmodi, qu magiſter & diſcipulus de fide, ſpe, caritat diſſerunt inter ſe planè, preſsè, placid tum poſtea de ſtirpibus vitiorum hom nem à ſummo bono arcentium evellend

rursúsque de ſerendis ac colendis in animo virtutibus: item & de vitiorum amaris, & virtutum contrà fructibus mirum in modum jucundis ac ſuavibus.

Hîc verò licet præceptionem de vita & moribus cernere cum doctrina verè Chriſtiana mirificè congruentem: providentiam divinam conſulere ſingulis hominibus, atque etiam efficere, ut aliorum alios miſereat: virtutem mortalibus Dei munere beneficióque tribui, & divinæ grátiæ ope præpotenti demum poſſe diram mortalium cupidinem reſtingui: cœtum hóminum religione ſociatum inſtar eſſe corporis, quod in ſua membra deſcribitur: quemadmodum igitur ſi perculſum fuerit horum unum ab altero, nihilo magis id ulci citur, ic & ex illo concilio cùm læſerit

alium alius, injuriam eſſe condonandam, atque adeò pro illo, qui culpâ tenetur, veniam à placabili Deo *precandam: Judæum hominem alienis haud ſecus ac ſuis juſtum, fidum, æquum, comem, & urbanum eſſe debere: piè ſanctéque vitam agentes ultimum bonorum adepturos non meritis ſuis, ſed merâ benignitate* Dei. *Quid multa? Nihil reperias à Rabbinorum ullo magis caſtè purèque conſcriptum, nihil magis diſtinctè conciſum, nihil undique magis aptum, rotundum, ac ſimile ſui. Ad calcem libri precationem auctor hic adjecit, cùm ad religionem ſacrorum, tum ad vitiorum correctionem, & adeptionem ſapientiæ vehementer etiam atque etiam à Deo Optimo Maximo petendam: in ea profectò nihil aliud deſideres, quàm Chriſti Jeſu nomen auguſtum. Atque viſum*

eſt

eſt illi ſuum hoc opus Rabbino cuidam inscribere, quod Hebræis ſcriptoribus utique tam inuſitatum eſt, quàm quod maximè.

Jam auctor iſte natus erat è familia clara, cui Galiki cognomen: Mons Silicis erat ei patria, quod Venetiæ oppidum inter Patavium & Ateſte ſitum eſt, ad minorem fluvium Medoacum. Ad ejus ævum quod attinet, altum ubique ſilentium: quin & de tempore, quo liber iſte typis excuſus eſt, nihil apertè dicitur: utrumque tamen haud obſcurè diſpicio. Namque curâ Joannis de Gara hunc excuſum eſſe librum, in ejus fronte declaratur, & ibidem commemorato nomini ſcriptoris more & inſtituto Judæorum, honoris causâ ſubjiciuntur hæc tria trium verborum ſumma ele-

elementa יצ״, *quorum vis eſt, tueatur illum vindex & aſſertor ejus Deus. Ex quo planè cognoſcitur hunc ſcriptorem vixiſſe etiam tum, cùm typis ederetur ejus opus: alioquin ejus nomini vel hæc adſcriberentur ſigla* ז״ל, *vel iſta* צ״ל, *quæ nos Chriſtiani ſcriptores ferè ſolemus* beatæ vel felicis memoriæ *reddere: Joannis autem illius ex officina monumenta Hebræorum prodierunt ab anno* 1573 *ad annum* 1609: *hunc ergo ſcriptorem patet floruiſſe præcipite proximo ſuperiori, aut etiam hoc ineunte ſeculo.*

Cæterùm eſt & alius ab eodem hoc auctore liber de Muliere Strenua אשת חיל *quem librum itidem Rabbino magno cuidam inſcriptum Daniel Zanetus typis mandavit* 1611 *Venetiis. In hoc ex au-*

ctoritate

ritate ſacrarum literarum commodè diſputatur de mulieris ſtrenuæ laudibus, & officiis erga virum, de pace conjugum inter ſe tuendâ, & de re familiari diligenter amplificandâ: ſed hoc de libro & in præſens ſatis, & fortaſſe pluribus aliàs. Ille verò, quem latinum ex hebræo factum jam nunc in lucem edimus, ille plurimi fit in ſynagoga, & meritò quidem: nam ad conficiendum eum auctor ejus ex ſcriptoribus idoneis, priſcis & neotericis, optima quæque legit, quibus concinnandis non exquiſitam modò rationem adhibuit; ſed etiam illuſtrem brevitatem, quâ nihil eſt in expoſitione diſciplinæ jucundius.

Ego verò ſic exiſtimavi, hoc opuſculum rei literariæ ſimul & Chriſtianæ non ita

parum conducturum: & cùm multa magna moliar, quæ certò ſcio haud ingrata fore; tamen priùs eſſe duxi ſtatim a adventu meo in hoc ampliſſimum atque auguſtum imperium aliquid cognitione dignum edere. Ac de ratione libri & inſtituto meo ſatis dictum eſt: aliquando eni Jagelem latinè loquentem audiamus.

Obrepſerunt typographica quædam menda, levia quidem, ſed menda tamen; hæc ita corrigito.

Pag. 3. lin. 1. lege *iiſdem.* p. 10. l. 3. פֹּה אֹר p. 12. l. pen. שחשוב p. 19. l. 14. בשלמות p. 20. l. antepen. deſideratur in margine *Jer.* 17. 5 p. 27. l. 5. בלבבך p. 28. l. 16. נות p. 29. l. 2. אותו p. 33. l. 13. *commiſſis, enaſcuntur* tolle comma. p. 35. l. ult. כדי p. 36. l. 17. כי כלם p. 50. l. 24. *adeo, ſanctam* tolle comma. p. 52. l. ult. שהגוף p. 55. l. 3. החכמה

IMPRIMATUR.

Dat. 12. Mart.
167$\frac{8}{9}$.

H. LONDON.

כי לקח טוב נתתי לכם

לקח טוב

להצעיר אברהם יגל יצו ממונצילוי
ממשפחת הגאליקי

והוא דרוש מעט הכמות ורב האיכות
הכולל עקרי התורה והדרך הישרה
שהיא תפארת לעושה בעולם הזה
ובעולם הבא

חניך לנערים באמונה ובמוסר וגם כי
יזקינו לא יסורו מהדרך הסלולה כי
ישרים כל מסילותיה וכל נתיבותי
שלום

נדפס במצות זואן די גארדה
בווינציא

Quia doctrinam bonam trado vobis,
Prov. 4. 2.

DOCTRINA BONA

Ab *Abrahamo Jagel* de Monte *Silicis*, è familia *Galiki*, quem Deus et liberator ejus ſalvum & incolumem ſervet.

Omnino eſt iſta diſſertatio molis exiguæ, ſed enim multi momenti: continet enim fundamenta Legis, & rectam vivendi viam, quam quiſquis inſiſtet, immortalem præſenti juxta, atque futuro ævo gloriam conſequetur.

Hac igitur pueri videlicet initiabuntur, cùm fidei dogmatis, tum etiam doctrinæ morum. Sed ne ſenes quidem illâ ſe abſtinebunt: eſt enim via ſtrata, cujus ſemitæ tramitéſq; recti & tranquilli ſunt omnes.

Excudebatur juſſu Joannis de Gara, Venetiis.

וקר רוח איש תבונה המרומם והנשא
לכבוד ולמעלה ה"ה המפואר במה"ור
יוסף מפאנו יצ"ו בן איש חיל ונ
פעלים במה"ר יצחק ולה"ה כבוד יפעתו
בפירוד"ה

במה יוכה עבד למצא חן בעיני אדוניו
כי אם בהביא לפניו מנחה מטורייני לגו
ועינו וגם כי תהיה קטנת האיכות והכמ"ת
לעלות על שלחן מלכים לא מפני זה
תהיה לבוז כי לואת הסבה רצוי"ה
היתה סלת העני כשור העשיר: לכן
הרימותי ראש והעותי פני להביא לפני
מובה אדום הטהור את מנחתי הקטנ"ה
הואת ואם מצער היא תחי נפשי בר"ה
ותהללך בי תהיה לה רווני לחומ"ה
נשגבה ולמגן וצנה נגד כל יורה בקשת
וחצים נגדה ולא יפצה פה לרעה כי
איתן מושבה ותלתה עצמה באילן גדול
יפה נוף פאר הדור והדרו לו דומי"ה
תהלה ומיחסותיה שתקותא: החתרב
ני

Magni & celſi animi viro, atque inprimis ſapienti, gloria & dignitate quàm præſtantiſſimo, inclyto Rabbi *Joſepho de Fano*, R. *Iſaaci* illius æternæ memoriæ filio, viri ſtrenui, atque operibus ampliſſimi, & *Ferrariæ* etiam ſummo honoris ſplendore radiantis, ſalus & pax Dei.

HAud alio pacto facilius domini gratiam ſibi conciliet ſervus, quàm ſi huic pro munere ferat id quod etiam atque etiam cogitando ex ſuo ipſius ingenio depromſerit. Quod ſi minus habeat ponderis, minúſq; magnitudinis, quàm ut in menſa regali conveniat apponi, non continuò tamen erit deſpicatui ducendum: videmus enim tam gratam in re divina pauperis ſimilaginem, quàm bovem divitis eſſe. Quapropter ego capite elato, perfrictáq; fronte, ad altare rutilum illud & purum detuli munuſculum ſanè quàm parvum. Atqui tantillum hoc opus animum ſummopere recreabit meum: is enim hac de cauſa te pulchrè magnificabit. Nempe tu, Domine, huic operi meo quidam quaſi murus editus eris, tu clypeus & umbo, qui cunctis in illud intorquendis arcu ſagittis oppenatur. Immo non erit, ut quiſquam maledictis illud impugnet, quia enim ſitum eſt in loco egregiè communito, idémq; ſuſtinetur arbore procera, & ramis adeo venuſtis diffuſa, ut ornamentum & decus exiſtat hujus ævi; cui verò ſilentium laus eſt, & prædicatio generis taciturnitas. Accipe igitur,

m

נא אדוני ואלופי לקחת אותה ועתה
קחה נפשי הצמאה משתוקקת בכל עת
ורגע לעשית נחת רוח לפניך ולהיות מוכן
לכל עבודתך כפי המדבר אליך

נאם הצעיר והקטן תולעת ולא איש
משרתך אברהם יגל יצ"ו בכמה"ר
חנניה ז"לה ממונציליוצי

mi Domine & Doctor, accipe meum hoc quale-cunque munuſculum, aditus ad te mihi pateat, qui voluntati tuæ obſequi ſitienter appeto uſque, & ad omnia tibi paratus ſum, ita ut jam nunc palam tibi polliceor ac profiteor.

Dabam ego minimus omnium & humillimus, vermis adeo non homo, famulus tuus *Abraham Jagel R.Chananiæ* f.m.filius de Monte *Silicis*. Propitius eſto mihi Deus Servator meus.

PRO-

הקדמה

לפנים ואת בישראל לעשות סיוג לתורה
ולהעמיד הלברים על שרשם באופן שכללי
הלברים העקריים יהיו שגורים בפי הכל
כמו שעשו הנביאים עה"ש יש מהם שהעמיד
כל דברי התירה על יא כללים יש
שהעמידם על שלש עד שלבסוף קם אחד
מהם והעמיד כל התורה כולה על כלל
אחד שנאמר וצדיק באמונתו יחיה ומה
גם עתה שבעה"ר צרות צרורות תוכפות
וו את וו כי טוב ונעים להעמיד כללי
התורה עבודה וגמילות חסדים ודרך ארץ
שאלפים שנה קדמה לתורה על כללים
קטני הכמות ורבי האיכות ובאופן שנער
קטן דלא חכים ולא טפש ינהג בם בשאט
בנפש כדי להגדיל תורה ולהאדיר : ומי
יתן והיה לבבם זה של אלופינו ראשי
הקהלות יצ"ו נפוצות יהודה וישראל
לצות ולהודיע דרכי האמת והישר ויהיו
כלם

Proœmium Auctoris.

OLim mos iſte fuit Iſraelitarum, ut quandam veluti maceriem Legi circundantes, hanc totam in certa redigerent capita: ex quo fiebat, ut illius eſſent fundamenta cunctis familiaria. Hanc quidem certè prophetæ ſ.m. rationem tenuerunt, quorum alii Legis ſummam concluſerunt articulis undecim, alii tribus, uſque adeo, donec ex illis unus noviſſimè Legem omnem una re ſola comprehendit: hoc enim illud eſt, quod ſcriptum legimus, ab.2.4. *Juſtus autem in fide ſua vivet.* Nunc igitur cùm præ multis peccatis noſtris miſeriæ nos & ærumnæ premant aliæ ex aliis, multo etiam magis expedit, vim Legis, religionis rationem, ingenium caritatis, & morum inſtitutionem, quæ etiam ante Legem viguit duo animorum millia, paucis & brevibus complecti ſententiis, & iiſdem ponderoſis; ut adoleſcentulus non ita ſapiens, neque porro ſtultus geſtiat animum his informari ſuum ad Legem magnificandam & corroborandam. Atq; utinam magiſtri illi noſtri, qui ſynagogis Judæorum longè lateq; diſperſis ac diſſipatis præpoſiti ſunt, in animum inducant præceptis ſuis ac monitis rationem veri & recti ſic explicare, ut tandem aliquando omnes cùm majores, tum etiam

כלם קטנים וגדולים יודעים את ה׳
ודרכי המוסר כי בזה ירבה הדעת בין
התלמידים ונער או פתי וסכל אשר לא
השיגה ידו להבין בלמודי החכמה
והתושיה עד שידע פנות התורה והמוסר
לא מפי סופרים ומפי ספרים ידע
ויבין ישיג האמת ממי שאמרו ״ולכונה
זו ולכבוד ה׳ קמתי אני הצעיר והקטן
אברהם יגל יצו״ב כמהר״ר חנניה ולה״ה
ממונצילצי ממשפחת הגאליקי בקנאתי
לה׳ מתוך העדה ולקחתי עט סופר בידי
ולא התאמצתי ללכת בגבוהות לשון
ערומים והלצה כי אם בלשון קל ומובן
כדבר איש אל רעהו בלי הזכור דברי
האומר בשום מקום ואספתי דברי
חכמים וחידותם אשר כתבו על שרשי
התורה והדרך שהיא עטרת תפארת
לעושה בע״ב ותפארת לו מן האדם בע״ז
בעוד בחיים חייתו למען יהיה חבור
קצר שגור בפי התינוקות וילמדוהו על
פה

etiam natu minores vim & naturam divinam, ſimul & morum regulam probè cognoſcant! Nimirum ita fieret, ut in hac ſublimi ſcientia multùm proficerent omnes eorum diſcipuli: pueri quoque, ſimplices, & tardi, quibus non eſt in manu, ut ſeu per doctores, ſeu per editos ab his libros eò veniant ſapientiæ atque intelligentiæ, ut ad Legis ſanctæ, & ejus, quæ eſt de moribus, doctrinæ interiora penetrent, iſti tamen ipſi veritatem, aliquatenus percipe-rent, ſiquidem ad iſtum modum à quopiam iis exponeretur. Hæc animo conſiderans, & maximè Dei gloriam, ego hominum homo minimus Abraham Jagel R. Chananiæ filius de Monte Silicis, è familia Galiki medio è conventu prodii Dei zelo inflammatus, atque animum ad ſcribendum appuli. Nec verò id egi, ut genus dicendi grandius eſſet ac ſubtilius, ſed ut placidum & intellectu facile, qualis eſt ferè congreſſionum communis quotidianúſque ſermo. Atque ſparſa paſſim verba ſapientum & ænigmata, quæ quidem de fundamentis Legis ſcripta reliquere, diligenter collegi, nequaquam tamen laborans, quid à quoque proditum eſſet uſquam indicare. Namque de via, quam inſiſtentes venientis ævi lauream illa inſignem, ſimul & ævi præſentis gloriam apud homines conſequantur etiamdum vivi, diſputationem confici diſtinctè conciſam volui, ea mente, ut quò brevior diſputatio, eò frequen-

tior

פרי ובורה יגדלו ויוסיפו ביראת ה׳
כל היום ולא יחטאו גם כי יזקינו לא
יסורו מן הדרך הטובה הזאת וקראנו
אותו בשם (לקח טוב) כי באמת
לקח טוב נתתי לכם ולא מלבי אמנם
מסור שיח החכמים האמתיים אשר סור
ה׳ אתם ועל כן תורתי אל תעזובו ישמע
חכם ויוסף לקח ישים אותו לפני
הילדים יחזיק במוסרם אל ירף ידו
מהם עד שירגילם בו ויהיה שגור בפיהם
מראש ועד סוף כי אז יבינו יראת ה׳
ואהבתו ודעת קדושים במדות ודרך ארץ
וכללי התירה ימצאו: וכרה לי אלקי
לטובה כפי טוב ויושר הכוונה לא אבוש
ולא אכלם לא בעה״ז ולא בעה״ב ויהא
חלקי עם מוכי ומצדיקי הרבים הבהירים
ומזהירים ככוכבים לעולם ועד אכ״ר

tior] ſit in ore pueris, & ab iſdem faciliùs edi-
ſcatur; ita cum ætate ſimul accreſcat in illis
Dei timor, atque à peccatis deterreantur, neq;
porrò natu grandiores de via recta deflectant.
Hoc ego opuſculū *DOCTRINAM BONAM*
inſcripſi. Etenim *doctrinam bonam trado vobis*,
quam hauſi non ex propriæ mentis rivo, ſed è
fontibus ſapientum, quibuſcum arcana ſua com-
municavit Deus. Quæ cùm ita ſint, nemo quiſ-
quam præceptionem meam deſerat: doctus
autem homo meæ ſuam addat doctrinam, &
pueris exponat, ad hanc eos conſtanter erud-
at, nec deſinat, uſque dum in ea fuerint tam
exercitati, quàm qui maximè: immo dum
eam à principio ad finem memoriâ teneant.
Tum illi videlicet Dei timorem & amorem,
tum ſanctorum doctrinam illam, quæ pertinet
ad vitam & mores, percipient, tum denique di-
vinæ Legis vim animo comprehenſam habe-
bunt. Nunc tu mei, Deus Optime, memineris
in bonam partem pro bono & æquo propoſiti
mei. Enimvero non erit, ut erubeſcam & pud-
re ſuffundar, nec præſenti, nec futuro ævo
ſed dabis ſortem communem eorum, qui be-
multos ad pietatem & juſtitiam excitarunt. H
enim illi ſunt, qui ſic tanquam ſydera ſplend
re radiato collucebunt. Ita, ita tibi placeat

תלמיד

ארוני עמכם:

רבי

יברכך ה׳ מי אתה בני:

ת׳ עבדך אנוכי ואת ה׳ אלהי השמים אני ירא מהלל ומשבח שבראני בצלם אנושי ועשאני יהודי:

ר׳ אלקים יחנך בני אמור נא לי לאיזה תכלית בראך אלהים בזה הצלם הנכבד:

ת׳ הכל ברא לכבודו ואני נבראתי לשמש את קוני ולאהבה וליראה מפני כבודו ולעשות נחת רוח לפניו שלא ע מנת לקבל פרס אעפי שסוף השכר לבוא בעולם שכולו ארוך ולחיות לפניו בנעימות נצח:

ר׳ ואיך יבטח האדם ולוד אשה לבוא אל המנוחה ואל הנחלה מהאושר הנצחי המקווה לעולם הבא:

Diſcipulus.

PRæſtò vobis adſit Deus.

Magiſter.

Deus ſit tibi propitius : ſed heus, fili mi, tu quis es ?

D. Tuus ego ſum, & rerum dominum, cœlorum effectorem vereor, idémque gratias illi maximas ago & habeo, tum quòd humanâ me formâ finxerit, tum quòd Judæum me conſtituerit.

M. Benignè tibi faciat Deus, nate : cedò nunc, obſecro, quem ad finem hac præſtanti formâ finxerit te Deus ?

D. Omnino propter gloriam ſuam ille conſtituit omnia : me verò hac causâ fecit, ut ipſius honori ſervirem, numen ejus colerem & venerer, & quæcunque illi grata ſunt, ea facerem nullâ propoſitâ mercede : quanquam merces futura eſt aliquando, cùm ævum nullis circunſcriptum terminis, & Deum intuentes vitam perpetuâ jucunditate refertam agemus.

M. Quo tandem præſidio fretus homo natus è muliere aſpirabit ad illam animi tranquillitatem, & poſſeſſionem æternæ felicitatis, quæ venturum in ævum expectatur ?

ת צדיק באמונתו ובבטחונו בה׳ ובקבלת
עול תורתו אשר שם משה לפני בני
ישראל יחיה בעולם הזה׳א:

ר ומה הוא שורש האמונה ושורש
התורה:

ת שהאלוה ברוך המצוי ברא מאין
את העולם ועשה אותו כרצונו ואין מי
יעצר בו מלשנותו אם בכלל חלקיו או
פרטיו:

ר היש זכרון על זה לעם בני ישראל:

ת שמירת השבת זכרון הוא בין ה׳
ובין בני ישראל כי ששת ימים עשה
את השמים ואת הארץ וינח ביום השביעי
ועל כן ברך אלקים את יום השבת ויקדש
בו את בני ישראל להיות שורש האמונה
הישראלית ועקר התורה:

ר ומה היא אמונה שפורשת שרשה
ועקרה:

ת האמונה היא מתנה הנחיל אלקים
בנפשותינו אשר באמצעותה אנו מאמינים

D. Fide verâ, certâ ſpe in Deo collocatâ, & ſuſcepto jugo Legis divinæ, quam Moyſes poſteritati tulit Iſraelis: hoc pacto juſtus evadet, atq; vitam aliquando ſempiternam obtinebit.

M. Quid eſt fidei & Legis fundamentum & ſtabilimen?

D. Eſſe Deum Optimum Maximum, qui mundum totum è nihilo fecit, & fecit ſuum ad arbitrium, nec eſſe, qui Deum prohibeat, quo minus etiamnunc immutet vel omnino mundi partes omnes, vel ejus partium aliquas.

M. Eſtne apud gentem Iſraeliticam quod hujus rei commoneat?

D. Nempe obſervatio Sabbati: hoc inter Deum & Iſraelitas quoddam veluti ſymbolum eſt, quo revocatur in memoriam cœlum & terras à præpotenti Deo eſſe facta diebus ſex; porro Deum quieviſſe die ſeptimo, & eam ob rem Sabbatum ſolennem inſtituiſſe diem, atque adeo ejus diei ritu ſacrato conſecrâſſe Iſraelitas; hoc columen Iſraeliticæ fidei voluiſſe, hoc fundamentum poſuiſſe Legis.

M. Expedi nunc, amabo, quid ſit fides, cujus expoſuiſti baſim & fundamentum.

D. Fides eſt Dei munus, quo noſtræ mentes afficiuntur: hoc adducimur, ut credamus om-

כל הדברים שאמר לנו על ידי עבדיו הנביאים:

ל ומה הם הדברים שאמרו שמחוייבים אנו להאמין בהם:

ת דברים רבים אמרו אמנם ג' יסודות הם שהנכנס בכלל ישראל צריך שיאמין בהם ויתברר אמונתו בהם ובשיתקלקל לאדם שום יסוד מאלו היסודות הוא הנקרא יוצא מן הכלל וכופר בעקר ובשם ישראל לא יכונה:

ל ומה הם הג' שרשים ויסודות אלו פתח פיך ויאירו דבריך:

ת היסוד הראשון הוא להאמין במציאות האלוה עלת העלות ויסוד היסודות ושכל הדברים שבמציאות התחתין והעליון ברואים ממנו וקיימים בו ובחפצו הפשוט בראם וכוננם ובחפצו יעדרו ומציאותו ית' בהעדרם לא יגרע ולא ישתנה כי מסתפק הוא במציאות עצמו ואין לו צורך מזולתו הוא אוד ותעצומות

omnia, quæ nobis declaranda curavit Deus per vates ſuos.

M. Quænam igitur illi nobis credenda declarârunt?

D. Multa illi quidem: verùm enim ex his ſunt articuli tredecim, quos ut credat neceſſe eſt quiſquis communione jungitur Iſraelitis; inſuper ut iiſdem fides ejus nota fiat omnibus ac manifeſta: & qui vel unum horum depravaverit, is ex ſynagoga prorſus evaſiſſe dicitur, atque religioni renuntiâſſe, neque porrò Iſraelitæ nomine vocabitur.

M. Age fare, & hos tredecim articulos, hæc puræ religionis fundamenta, planiùs explica quæ ſint.

D. Primum omnium eſt illud, ut credamus exiſtere Deum cauſarum principem, & principiorum ultimum: ab eo ſupera infera omnino conſtituta eſſe omnia, ac continenter ſuſtentari: omnia unius ejus nutu facta & parata eſſe, & ejus nutu rurſus interire: nec iſtorum interitu vim divinam imminui, aut ullatenus immutari, quippe quæ tota ex ſe apta ſit, nec alterius uſquam indigeat: namque Deum eſſe lucem, potentiam, & ſempiternam vitam, & huic uni dominationem & imperium eſſe conſen-

ותעצומות וחי העולמים ולו לבדו ואתה
האדונות והממשלה : כי הוא יחיד
באמת ומלך הכבוד :

היסוד השני שהאלוה הוה אשר יצר
ופעל המציאות כלו מעלה ומטה
הוא אחד ומיוחד ואין כמוהו בשום א
מהעולמות ולא חוצה להן שיהיה אחד
באמת אלא הוא כמו שכתוב שמע
ישראל ה׳ אלקינו ה׳ אחד :

היסוד הג׳ שהאלוה היחיד והמיוחד
הוה אינו גוף ולא יוגדר בגדרי הגוף
וכמו שכתוב כי לא ראיתם כל תמונה :

היסוד הד׳ שהאלוה היחיד הוה
שאינו גוף לא היה שום דבר שקדם
מציאותו והוא ראשון ואחרון לכל הדברים
כמו שכתוב אני ראשון ואני אחרון
ומבלעדי אין אלקים וכמו שפירש ארון
הנביאים מעונה אלקי קדם חיינו המעון
של ישראל אשר יבטחו בו הוא אלקי
קדם ואין כמוהו ואשריך ישראל מי
כמוך

ſentaneum, quia enim unus ille verè ſit, & regiâ majeſtate gaudeat.

Alterum eſt, Deum illum, qui conſtituit & fecit omnia, quæ ſurſum & deorſum ſunt, eſſe unum & ſimplicem adeo, ut nihil nec intra, nec extra mundum illum * reperiatur, quod itidem ut Deus revera ſimplex ſit: Nimirum hoc illud eſt quod ſcriptum videmus, *Audi Iſrael, Dominus Deus noſter Dominus unus eſt.*

Mundos à Deo creatos eſſe, hoc ultos paſſim apud ſcriptores Judæos aſſeritur; quod idem modò oſter hic pro re minimè dubia onit.

eut. 6. 4.

Tertium fundamentum eſt, Deum hunc unum & ſimplicem nec eſſe corpus, nec in corporis compagibus includi poſſe: huc enim ſpectat id quod ſcriptum videmus, *Neque enim vidiſtis ullam ſimilitudinem.*

eut. 4. 15.

Quartum, Deo illo ſimplici & incorporeo nihil quidquam fuiſſe prius: ipſum autem omnium eſſe primum & poſtremum ſic, ut ſcriptum legimus, *Ego primus & ego noviſſimus, & abſque me non eſt Deus*; quod idem ſic expoſuit prophetarum princeps, *Habitaculum Dei æternitatis*; cujus ea vis eſt, habitaculum Iſraelitarum, in quo ſpes omnes opéſque reponentes acquieſcant, eſſe Deum æternum, cujus verò non eſt ſimilis. Hinc idem

ſa. 44 6.

)eut. 33. 27

pro-

כמיך שעליון שמרת מעונך ובטוח
אתה כי תהיה עם נושע בה' מגן
עורך:

היסוד הה' שוה האלוה הקדמון
הבורא והיחיד לו לבדו ואתה העבודה
והגדולה לא לזולת כי כלם ברואים
והוא בורא וגם אין לבקש משום
אחד מברואיו שום בקשה כי אם ממנו
אשר כל יכול ולא יבצר מאומה
והחובה או העובד או המבקש משום שר
או מלאך או שלטון אשר בשמים ממע
ואשר בארץ מתחת בדרך אלקות יחרם
בלתי לה' לבדו:

היסוד הו' שהשי"ת למען טובו משפיע
שפע נבואתו על איש או אנשים ממין
האדם ועל אותם הראוים לכך והישרי
בעיניו כדי להישיר המין האנושי בדרך
אשר ילכו בה והמעשה אשר יעשון:

id v 29. propheta mox ſubjicit, *Beatus es Iſræl, quis ſimilis tui, populus ſervatus per Dominum, clypeum auxilii tui.*

Quintum eſt æterno illi Deo, atque unico omnium creatori ſoli cultum & venerationem eſſe debitam, nec præter eum cuiquam, quia enim cuncta condita ſunt, ille conditor: nulla prorſus à natura creata quidquam precari fas eſſe; ſed hujus demum implorandum auxilium, penès quem eſt omnium ſine exceptione rerum poteſtas: quicunque principem, vel angelum, vel poteſtatem, ſeu illam cœleſtem, ſeu terrenam, vel aliud quidpiam præter unam divinam naturam, ut Deum honorat aut ſacrificiis faciendis, aut colendis ceremoniis, aut votis nuncupandis, eum diro devinctum anathemate malè cruciatum iri.

Sextum, ſingulari benignitate Deum Optimum Maximum, ex hominum genere tum unum aliquem, tum multos idoneos, quos ſibi viſum eſt, delegiſſe, his mentem inſpirâſſe, futura aperuiſſe, ut per hos reliquorum hominum ſtudia, factâque ad honeſtatem dirigerentur.

Septimum

היסוד הו שהאיש משה גדל מאד
בנבואה על כל הנביאים שהיו מן
העולם ועד העולם וכל שאר הנביאים
שהיו לפניו ואפילו האבות ואשר קמו
אחריהם כלם הם תחתיו במעלה והוא
היה בחיר אלקי יעקב שנתן על ידו
לישראל תורת אמת משיבת נפש
והשיג מידיעתו יתברך מה שלא השיג
שום אדם:

ל הידעת בכמה דברים נבדלה מעלת
נבואתו על שאר הנביאים:

ת בארבעת דברים והם האחד כי
איזה נביא שיהיה לא דבר לו ה
אלא על ידי מלאך או נבדל אמנם
משה דבר עמו ה פה אל פה שנאמר
פה אל פה אדבר בו:

הב כי כל שאר הנביאים לא
באה להם הנבואה אלא בחלום
וחזיון לילה או ביום אחר תרדמה
באופן שיתבטלו כל הרגשותיהם כמו

Septimum prophetiâ Moyſem omnibus omnium ſeculorum prophetis longè & multum antecedere: cunctos enim prophetas ſuperiores, ipſos quoque patriarchas, & huic ætati ſuppares excellentiâ prophetiæ inferiores eſſe Moyſe: eum eſſe, quem potiſſimùm dignum exiſtimârit Jacobi Deus, per quem Iſraelitis daret Legem juſtam, quæ permulcet ac recreat animum: porrò Moyſem ad eum cognitionis Dei perveniſſe gradum, quem nunquam quiſquam hominum attigit.

M. Scin' tu illam Moyſi prophetiam quot & quibus rebus differat à reliquorum prophetarum viſis?

D. Nempe quatuor iſtis: primùm quòd nullum alium prophetam, niſi per angelum, vel per ſeparatum à corpore internuntium affatus ſit Deus; & cum Moyſe præſente præſens ipſe colloqueretur, id quod ſcriptum vide-
Num. 12.8. mus; *Ore enim ad os loquor ei.*

Deinde quòd quemvis alium prophetam per ſomniorum viſa noctu, vel interdiu ſecundum ſoporem vaticinandi vis ſic inceſſerit, ut hominis ſenſus omnes obtunderentur quod quidem declarant iſta Scripturæ verba
id. v. 6. *In viſione apparebo ei, vel per ſomnium loqua*

a

שכתוב במראה אליו אתודע בחלום
אדבר בו אבל במשה נאמר לא כ
עבדי משה וכו' פה אל פה אדבר ב
וכו':

הג' כי כל שאר הנביאים בבא
אליהם שפע הנבואה יתבטלו כחותיהם
ויחלשו אבל משה לא ישיגהו רתת
וחולשה בשום אופן אנחם כאשר ידב
איש אל רעהו:

הד' כי כל שאר הנביאים לא
תנוח עליהם הנבואה כל זמן שירצ
אלא ברצון ה' והכנתם לנבואה אבל
משה בכל עת היה מוכן וכל זמ
שהיה רוצה שיחול עליו רוח ה' היה
חל שנאמר עמדו ואשמעה מה יצו
ה' לכם:

ר' שמעתי וטוב הדבר בעיני ואת
חזור ופרש שאר היסודות:

ת' היסוד ה' שכל התורה כול
מבראשית עד לעיני כל ישרא
כלה

id. *ad illum* : de Moyſe verò ſcriptum videamus,
id.v.8. *At non talis ſervus meus Moyſes——Ore enim ad os loquor ei, &c.*

Tum quòd afflante divino ſpiritu cunctorum prophetarum vires obſtupeſcerent ac debilitarentur : Moyſes autem ſine ullo tremoris ac debilitatis ſenſu ſermonem cum Deo conferret itidem, ut cum homine ſolet homo.

Poſtremò quòd cæteris divinæ voluntatis interpretibus viſa prophetica darentur non quo libuerit tempore, ſed ubi dari vellet Deus, & ipſi ritè præparati fuiſſent : Moyſes autem paratus ſemper eſſet, & ubi vellet numine divino afflaretur, quod ex iſto ſatis intelligi
um.9.8. licet Scripturæ loco, *State ut conſulam, quid præcipiat Dominus de vobis.*

M. Audio quod dicis, & planè probo : nunc jam ad reliquorum explicationem fundamentorum tua redeat oratio.

D. Octavum igitur eſt fundamentum, Legem omnem ab his uſque primis verbis, *In principio*, ad iſta poſtrema, *coram univerſo Iſrael*,

בלה כתבה משה מפי הקב"ה ואין
הפרש בין פסוק אנוכי ה' אלקיך לפסוק
ותמנע היתה פלגש וכדומה לזה
אלא כלה שוה והבר ה' ומאמרו
הם כל פסוקיה ודבריה וכן פרושה
המקובל על פה באופן עשירית מציתיה
גם כן הלכה למשה שקבל מה'
בסיני ומשה אמר לנו ונאמן הוא
בשליחותו כמו שכתוב בכל ביתי נאמן
הוא:

היסוד הש שאין להוסיף או לגרוע
בתורת משה כלל אפילו מלה או אות
אחד שנאמר לא תוסיף עליו ולא
תגרע ממנו ויהוע פי פתנאי הדבר השלם
שלא לקבל לא תוספת ולא גרעון
והתורה היא שלמה ותמימה כמו שכתוב
תורת ה' תמימה וגו' ועל כן אינה מקבלת
לא התוספת ולא הגרעון:

היסוד העשירי שהשי משגיח ויודע מעשי
בני אדם ואינו מעלים עינו מהם בפו
שכת"ב

rael, prorſus à Deo dictatam literis conſignâſſe
od. 20.2. Moyſem: nec inter verbum, *Ego ſum Domi-*
en. 36.12. *nus Deus tuus*, & verſum, *Erat autem Thamna concubina*, vel hujus generis alium, quidquam intereſſe: eſſe ſui ſimilem undique Legem: ejus omnino verſus & voces omnes æquè verbum & eloquium eſſe Dei. Item & hujus de obſervatione præceptorum explicationem in Sinai mandatam à Deo memoriæ Moyſis & ab eo nobis eſſe ſine ſcripto traditam: Moyſem egregiâ fidelitate legationis ſuæ munus ob-
m. 12.7. iſſe, quod utique Scripturâ teſtatur, *In omni domo mea fideliſſimus eſt.*

Nonum, Legi Moyſis nihil quidquam nec addendum, nec detrahendum, ne unam quidem vocem aut literam, quia enim diſertè
ut. 12 32 ſcriptum eſt, *Nec addideris ei quidquam, neque detraxeris.* Hæc eſt enim ratio perfecti, nihil ut ei poſſit addi vel adimi: Lex autem eſt perfectè abſoluta, quod regius ille prophe-
9 8. ta totidem verbis cecinit, *Lex Domini perfecta, &c.* quamobrem acceſſionem & deceſſionem non patitur.

Decimum, Deum Optimum Maximum obſervare diſpicere hominum facta, nec ab his oculos demovere, quod diſertè declarat di-

שכתוב גדול העצה ורב העלילות אש
עיניך פקוחות על כל דרכי בני אדנ
ונאמר ומגיד לאדם מה שיחו כי אפי
שיחתו ודברי פיו יודע כל שכן מעשיו

היסוד הי"א הוא שהשי אינו מקנ
שכר כל בריה ונותן שכר לשומ
המצות ועונש לעוברי עבירה או בע
או בעה"ב או בזה ובזה כפי אינו
המצות והעונות ואמנם גודל השו
היא לעה"ב אחר המות וכמו
העונש:

היסוד הי"ב שהשי ישלח משיח שיגאל
את עמו ואם יתמהמה נחכה ל
והמשיח הזה מזרע דוד חוטר ישי ביו
הלחמי והאיש הזה במשפט יעמיד אר
ושפט לאומים רבים והיה צרק אזו
מתניו יראה ורע יאריך ימי על מלכו
ואין בין העה"ז לימות המשיח אל
שחשיב המלכות לישראל כימי קד
וישבו על אדמתם ויבנו בית המקדש
ועבירת

:32.19. divinum hoc oraculum, *Magnus consilio & amplus actione, cujus oculi sunt aperti super omnes*
:084. 13. *vias filiorum Adam*; & illud alterum, *Et annuntians homini eloquium suum.* Nam si cogitationem hominis & eloquium novit, quanto magis ejusdem facta noverit?

Undecimum pro eo cuique, ac vitam agit, Deum referre gratiam: opima præmia dari præcepta servantibus, & à quibus contrà committitur exquisita sumi supplicia interdum hoc ipso, interdum ævo venturo, & nonnunquam etiam utroque, pro ratione rectè factorum atque peccatorum: verùm tamen præcipua præmia differri alterum in ævum, quod mortem consequitur; quod idem & de pœnis dicendum est.

Duodecimum est fore, ut propitius aliquando Deus ad populum suum in libertatem vindicandum mittat Christum: qui si cunctetur diutius, nihilo est minùs expectandus. Hic de stirpe Davidis ortum ducet Christus, qui idcirco surculus Isai Betleemitani esse dicitur: hic æquitate recreabit orbem & eriget: namque multis ille populis jus dicet: erunt ejus lumbi justitiâ quasi cingulo circundati: hic erit prole felix, atque in regni sui possessione vitam aget bene longam: neque enim inter hanc, & futuram Christi ætatem quidquam aliud intererit, nisi quod tunc demum regnum, quo potiebantur quondam, recu-

ועבודתו וקרבנותיו ישובו למקומם כהנים
לעבודתם ולוים לשירם:

ל האם עכשיו קודם ביאת הגואל
יוכלו הנפשות לבא לידי שלמותם
והצלחתם בעולם שכלו ארוך:

ת אין ספק שבין קודם ביאת
הגואל או אחרי ביאתו האיש הסר מרע
ועושה טוב ושומר על דלתי התורה
והמצוה מקנה לנפשו שלמות ואושר
אמנם לפי שהצרות תוכפות ומצוות
רבות באו בתורה שאא לעשותם כי
אם באי ויהיה בית המקדש על מכונו
כמו הקרבנות והעבודות התרומות
והמעשרות ושאר הדברים על כן כדי
שיותר בנקלה יבא האדם לידי
שלמותו ממעון קדשו ישגיח ישקיף
ורחם על ניהו וישלח לציון גואל
בימיו תושע יהודה וכלם יהיו יודעים
את ה מקטנם ועד גדולם כי בל מונע

ומעכב .

cuperabunt Iſraelitæ, iidémque terram ſuam inhabitantes templum reædificabunt, atque ita religionis & ſacrorum jus priſtinum in locum reſtituetur, redibúntque ad ſua ſacerdotes ſacrificia, & ad cantum Levitæ.

M. Quid? Nunc ipſum ante, quàm venerit Chriſtus poſſuntne perfecti eſſe homines, & extremum ævi ſempiterni bonum adipiſci.

D. Omnino nullum eſt dubium, quin ante & poſt adventum Chriſti quiſquis prava fugiat, ſequatur recta, Legi & præceptis adhæreſcat, is ad perfectam aliquando ſanctitatem perveniat, & ſummum tandem bonum conſequatur: verùm enim nos aſſiduè reprimunt magnæ multæque miſeriæ & ærumnæ, multa porro Lege præcepta inſunt, quæ nuſquam licet exequi, niſi in ſola terra Iſraelitica, cùm templum eſt ſede ſuâ extructum: hujuſmodi ſunt ſacrificia, religionis ſolemnia, oblationes, decimæ, & reliqua. Igitur quo facilius ad conditionis noſtræ perveniamus abſolutionem Deum immortalem obſecrare, orare, & implorare debemus, ut de ſancta & auguſta ſede ſua locum illum ſibi dicatum ac conſecratum reſpiciat & miſeretur, idémque mittat Sioni liberatorem, cujus ætate ſalus Judææ reddetur ac reſtituetur, & omnino mens & natura divina innoteſcet omnibus natu majoribus ſimul & minoribus, quia enim quidquid

nunc

ומעכב יסוד ויגוע יחד:

ר' טוב דברת אמור איזהו היסוד
הי"ג:

ת' היסוד הי"ג הוא האמנת של זמן
הקבוע והנודע לה' לבדו לא לוולת
יחיו המתים שכבר מתו ואין דת ולא
דבקות בדת יהודית למי שלא יאמין
זה כמו שכתוב יחיו מתיך נבלתי יקומון
ונאמר הקיצו ורננו שוכני עפר ונאמר
ורבים מישני אדמת עפר יקיצו והם
הצדיקים אשר יזכו לזה יהי רצון שנהיה
מכללם יחינו מיומים נקומה ונחיה
לפניו:

ר' למה אמרת שחדוש העולם הוא
שורש האמונה ועקר התורה ולא
שמת לשרש ופנה אחד מהיסודות האלו
הי"ג שאמרת:

ת' לפי שחדוש העולם הוא שורש
גדול ויסוד כל התורה כי באמונה
זאת תהיה הנבואה אפשרית וכל
האותות

nunc obſtat & impedit, id tum amovebitur, & prorſus tolletur.

M. Dixiſti pulcrè : nunc expedi decimum tertium fundamentum.

D. Decimum & tertium eſt, ut credamus conſtituto tempore, quod uni Deo notum, nec præter eum cuiquam, futurum eſſe, ut omnes qui fuerint emortui, reviviſcant : qui hoc non credit, huic cum Judæis religionis communionem ac ſocietatem eſſe nullam.

a.26.19. Habemus enim in prophetis, *Vivent mortui tui, cadavera mea reſurgent* : porro, *Expergiſcimini & cantate qui habitatis in pulvere* : porid. ro autem, *Et multi ex dormientibus in terræ* n.12.2. *pulvere evigilabunt.* Hi verò ſunt homines juſti, qui hoc tanto & tam expetendo bono digni judicabuntur : utinam & nos etiam horum in numerum referamur, vitam nobis reddat Deus poſt biduum, excitemur ab inferis, & reviviſcamus in ejus conſpectu.

M. Quid verò cauſæ eſt, cur mundi novitatem potiùs, quàm unum ex iſtis, quos modò recenſuiſti, tredecim articulis fidei ſtirpem, & caput Legis eſſe ſtatuas ?

D. Quia enim totius Legis baſis & ſolidum utique fundamentum eſt mundi novitas : hoc ubi fidem habet, ſequitur prophetiam & ſigna

at-

אותות והמופתים וקבוץ גליות ותחיית
מתים וכל שאר היסודות כי לכלם
מענה לשואל למה נכתב יעשה
ו עשה כי כמו שרצה ה' ב"ה
ברא ולחדש העולם על זה האופן
ן רצה וגזרה חכמתו לעשות את
ל אלה ולכן אמר הכתוב בענין שבת
שהוא זכרון החדוש ביני ובין בני ישראל
אות היא לעולם חיינו אות זה
הוא השורש והיסוד הגדול אשר בינו
בין בני ישראל עם תורתי בלבם
שמבדילם מכל שאר העמים והלשונית
על כן שקול שבת כנגד כל התורה
כולה:

ל אחרי שאמרת מה היא האמונה
וסעיפיה אמור לי מה הוא הבטחון
הנלוה אליה שעזרת את האדם
בא אל האושר הגמור בעולם
הבא:

atque prodigia, & congregationem noſtrorum longè latéque diſperſorum, & mortuorum reſurrectionem, cunctáque religionis articulis contenta fieri poſſe. Et ſingulorum eſt facilis & prompta reſponſio, ſi quis ſciſcitetur quid ita Deus hoc & illud fecerit, aut facturus ſit: nempe ſicut Deus univerſum mundum hac potiſſimum ratione condere & architectari voluerit, item & eum voluiſſe, ac pro ſua ſapientia ſtatuiſſe hæc omnia, de quibus agitur, in hunc modum efficere. Itaque cùm in Lege præcipitur de Sabbato, quòd de mundi novitate commonet, ita dicitur, *Inter me & filios*
Exod. 31.17 *Iſrael ſignum eſt perpetuum*, cujus eſt ea vis, hoc ſignum fundamentum eſt ſtabile, ac cuſtodia fœderis à me ſanciti cum Iſraelitis, quorum in animis eſt inſculpta mea Lex, qua cunctis à populis & linguis diſcernuntur. Nimirum hac de cauſa Sabbatum unum tantundem, quantum cætera Legis omnia ponderis habet.

M. Expoſitâ igitur fide ſimul unà cum rebus ex eo pendentibus, deinceps explices mihi velim quid ſit ſpes, quæ huic adjungitur, cujus ope mortales ad ſummum venientis ævi bonum pervenire poſſunt?

ת הבטחון היא מתנה נתונה מאת
האלקי בנפשותינו אשר באמצעותה אנו
בטוחים מתענוג הנפשות שהוא האושר
האמתי מצד החסד האלקי עלינו לא
בצדקתינו וטוב מעשינו וגם בעלם
הוה שכל מחסורנו ימלא ויפתח את
ידו וישביע לכל חי רצון ועינינו כל אליו
ישברו באמצעות הכטחון והוא נותן
לכלם את אכלם בעתו מקרני ראמים
עד ביצי כנים:

ר ואיזה דבר יצטרך לנו לעשות
כדי להשיג את הדברים האלו מלפניו:

ת כעבד מאדוניו וכבן מאביו שאם
כל אחד מהם יבטח להשיג מרבם
יום דבר ישתדלו לעשות נחת רוח
לפניהם בדברים ובמעשים הרצויים
להם ואחר כך לשאול בלשון תחינה
ובקשה מהם כן אנחנו אם כבנים
אם כעבדים צריכים אנו להקרים בכל
יום ויום הדברים הרצויים לפניו

וה

D. Spes donum eſt divinum, quo mens & ratio noſtra ſic excolitur, ſic erigitur, ut illas animi delicias, qui bonorum finis eſt, confidamus nos adepturos non propriâ juſtititiâ & rectè factis noſtris, ſed ſummâ Dei erga nos bonitate: item & quæcunque hæc noſtra vita requirat nos abundè habituros à provido Deo: is enim cunctis animantibus larga manu præbet quod cumulatè naturam expleat. Omnes igitur intentis oculis cum fiducia ſpectent eum, qui ſuum cuique alimentum ſuppeditat tempore, & quidem æquè pediculorum ovis, atque orygibus.

M. Cedo, quid igitur nos oportet Deo præſtemus, ut hæc accipiamus ab eo tanta?

D. Id quod hero ſervus, quod patri filius, quorum uterque, ſiquidem à rectore ſuo boni quid expectat, enixè facit, ut huic obſequatur re & verbis, uterque ſua ab eo petit orans, obſecrans: nos quoque ſeu ut liberos, ſeu ut ſervos, par eſt quotidie facere quod Deo cordi eſt, hoc eſt, recta ſapere, & agere congruenter Legi Moyſis ſcripto & voce tra-

והם מצוות ומעשים טובים על פי
תורת משה שבכתב ועל פה ואחר
כך לשאול מהבה בתחנון ובתפלה
מלפניו ישמע את תפלותינו וימלא
בקשותינו ואב הבטחון הוא הבטיח
הגדול העוזרנו עם אלקינו לעשות
חיל והוא מנוחת הנפש ושמחת הגוף
ויש בו תועלת לתורה ולעולם והבוטח
בה חסד יסובבנו מכל הצדדים בל
ימעדו קרסוליו כמו שימעדו למי שיבטח
על זולתו כמאמר משיח אלקי יעקב
בטח בה ועשה טוב שכון ארץ ורעה
אמונה והתענג על ה ויתן לך משאלות
לבך גול על ה דרכיך ובטח עליו והוא
יעשה :

ר ואיך הבוטח בזולתו לא ישיג
בטחונו :

ת כי על מה יבטח האדם וישען
ולא יהיה משענו משענת קנה רצוץ
הושען ברוב עשרו אשר פתאום יעשה לו
כנפים

traditæ, huic eſſe ſupplices, manus tendere, fundere preces; is enim exaudiet precationes noſtras, noſtris votis reſpondebit. Spes igitur eſt univerſa baſis, quæ cum ope divina nobis eſt adjumento in extruenda reliqua virtutum columna: ſpes animum tranquillat, & corpus lætiſſimâ voluptate permulcet: ſpes ſtudio Legis juxta & vitæ civili conducit. Etenim Deo confidentem gratia circumſepiet undique: non hic pede vacillabit item, ut vacillant ii, quibus eſt in quocunque alio, quàm Deo fiducia. Nimirum hoc illud eſt, quod unctus à Jacobi Deo dicit, *Spera in Domino, & fac bonum, inhabita terram, & paſcere fide. Oblecta te Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui: Devolve ad Dominum viam tuam, ſpera in eo, atque ipſe faciet.*

.37.3.4.5.

M. Quid? Cunctis extra Deum rebus fidentem ſua ſpes fruſtrabitur?

D. Sic eſt: quacunque aliâ re homo nititur, calamo quaſſato nititur: nam ſi magn ille ſuis confidit divitiis, hæ ſubitò præpet bus indutæ pennis evolant è conſpectu: ru ſus eædem multis & variis calamitatibus a

guntu

נפים החעיף עיניך בו ואינו כי כמה
וכמה פגעים ומקרים מעותדים עליו
היבטח על חכמתו והנה חולי קטן
שיבא במוחו יוכל לאבד אותו ממנו
היסמך על רוב בניו ובנותיו אוהביו
אשתו וקרוביו אשר רוחם ונשמתם ביד
אל ורגע ימותו ויאבד מנוס ממנו וגם
בחייהם על דבר קטן יוכל ליפול
מחלוקת וקטטה ויהפכו לו לאויבים
ועוד אם יבא לידי עניות או חולי ואינו
יכול לעסוק במלאכתו ולהביא טרף
לביתו ירבה המריבה בביתו של אדם
וכל רעיו יבגדו בו כי כל אחי רש
שנאוהו אף כי מרעיו רחקו ממנו ילדי
ביתו ואמהותיו לזר יחשבוהו וכמו שהיה
מתלונן איוב בצר לו רוחי זרה לאשתי
וחנותי לבני בטני האם יתמך בגבורתו
ורב חילו אשר כרגע יחלה ויחלש כחו
ואפילו כנרעין חרדל שיבא לו באחד
מאבריו ישב בדד לא יצא פתח לא כן
יקרה למי שיבטח וישען בלב שלם

באלקיו

guntur, ruinis opprimuntur: jam ſi ſuâ ra-
rà ſcientiâ, ecce morbus non ita magnus ejus
cerebrum afficiat, atque effluat omnis ex ani-
mo cognitio: ſi multâ liberorum, amicorum,
ac conſanguineorum copiâ, ſi uxore fidâ; ho-
rum ſpiritus & anima in manu ſunt Dei: eve-
niet igitur ut momento occidant, & præſi-
dio deſtituatur: iidem etiam dum vivunt pro
leviſſimis noxiis quàm magnas ſæpe gerunt
iras, atque inimici fiunt: præterea autem ſi
redigatur ad inopiam, ſi morbo implicetur
adeo, ut nec ullum obire negotium poſſit, nec
victum & cultum familiæ ſuæ comparare, pa-
ratæ domi lites ſint, & omnes ab eo ſimul
unà neceſſarii deficiant: ſapientis enim ver-
19.7. bum eſt, *Fratres hominis pauperis oderunt eum;*
inſuper & amici procul receſſerunt ab eo. Quin
etiam ſervis domi natis & ancillis alienus ſit:
hæc enim fuit Jobi calamitatibus afflicti quæ-
19.17. rela, *Spiritus meus alienus eſt uxori meæ, ut*
obteſter per filios ventris mei. Nihilo melius
erit viribus & lacertis confidere ſuis, quos
temporis puncto morbus enervat: extraneum
neſcio quid in artuum aliquo tantulum, quan-
tulum eſt ſinapi granum, hominem ſolitari-
um domi detineat, & impediat quominus ex-
tra limen egrediatur: nihil autem ejuſmodi
nanciſcetur qui totus à Deo pendebit: hic
enim divinum numen horrebit, nec horrebit
aliunde quidquam: hic unicam Dei majeſta-

tem

באלקיו כי לא יפחד ולא ידאג משום
דבר אלא ממנו ולא יעבוד אחר זולו
ולא יקוה בלעדו לא יחניף ליצוו
כמותו ולא יסכים עם בני אדם
בלתי עבודת בוראו ולא יפחידה
פחדם ולא יירא ממחלקותם ולבסוי
יביאהו בטחונו לפנות לבו מהבל
העולם ויכין לבו ומאודו לתורה ולעבודי
מאהבה ולא מיראה ויירש חיי העד
בהשקט ובמנוחה וחיי העה"ב ברחיי
ושלום:

ר' ומה הם ההקדמות הצרי
לידע כדי להביא האדם לידי מדו
בשלמית:

ת' חמשה דברים צריך לשור
להם לב כל הבא להתעטר בכת
טרה זו ואל יליזו מעיני שכל
לעולם והם ראשונה] שידע שהש"י בה
משגיח על בני אדם לילה ויומם
כמאמר הכתוב הנה לא ינום ולא יישי
ייי

tem venerabitur: hujus in uno Deo ſpes ſitæ ſunt & opes omnes, nec committit, ut naturæ creatæ ſui ſimili aſſentando ſe ſe inſinuet; omnino conſpirabit ille cum hominibus ad conditorem ſuum ritè colendum; ſedenim horum trepidatione ac diſcordiâ nihil commovebitur: idem fiduciâ ſuâ denique ſic erigitur, ut animum à fluxis ac caducis hujus ævi rebus abſtrahat, atque mentis aciem & nervos adeo ſuos intendat in ſtudio Legis, & religione ſacrorum, ídque faciat amore pietatis, non pœnarum metu: tum ut vitam iſtam otioſam & quietam traducat, & alteram cum oblectatione animi & tranquillitate conſequatur.

M. Quibus igitur rebus oportet hominis animum imbui ac præparari, ut poſſit ad ſummum hujus virtutis gradum pervenire?

D. Nempe quiſquis ad illum apicem aſpirat, is hæc quinque teneat neceſſe eſt, & mentis oculis uſque videat. Primùm Deum Optimum Maximum dies & noctes hominibus proſpicere ac conſulere: atque hoc illud eſt
121, 4. quod ſcriptum legimus, *Ecce non dormitat, neque dormit cuſtos Iſraelis:* ad hoc autem opus eſſe

שומר ישראל וכל זה אם בטחונו שלם ולא יוח הבטחון מלבו ומשכלו:

שנית שידע שהב"ה מרחם על האדם מכל מרחם ומשגיח בנסתר ובנגלה וכי כל רחמים וחמלה שיבאו לו מוולתו הם מרחמי ה' וחסדו עליו שנגע בלב המרחמים ועוררם עליו כי הוא מנלגל הדברים ומסבב כל הסבות וכל זה מבלי שיהיה ראוי לכך אלא חסד אלקים גמור ויודע כי כל מה שיעבור עליו דבר קטן ודבר גדול הוא גורת עליון לא זולת:

שלישית שיחד כל בטחונו בה' ולא בוולתו כי הבוטח בוולתו כמי שבוטח על שתי דעות וחטאו גדול כי משתף ה' עם עזר בשר ודם אף כי אנוש רמה ותולעה וכמו שאמר הכתוב ארור הגבר אשר יבטח באדם ושם בשר זרועו ומן ה' יסור לבו:

eſſe, ut cujuſque ſit tanta fiducia, quanta maxima eſſe poteſt, nec è mente & animo excidat unquam.

Deinde Deum omnibus, quos noſtrî miſereat, plurimum miſericordiâ præſtare, & ab eo rebus noſtris clàm & palàm provideri: porrò autem, & omnia aliorum in nos ſtudia atque officia à Dei miſericordis erga nos amore derivari; is enim eſt, qui miſeratione permoveat mentes hominum, & eoſdem ad noſtram ſalutem & incolumitatem tuendam incitet: is adeo rerum ſeriem mirificè contexit ac diſponit, & cauſas annectit alias ex aliis: neque verò meritum eſt noſtrum; ſed mera Dei benignitas. Ex quo ſatìs intelligitur quidquid cuique noſtrûm obtingat, ſeu hoc parvum, ſeu magnum, id à nullo videlicet alio, quàm à ſummo rectore & Domino conſtitui.

Tum in uno Deo ſpem omnem eſſe defigendam, nec aliunde quidquam expectandum: nam ſi quis & ab alio quid ſperat, idem facit ac ſi confidat mente unâ & item alterâ, quod ſanè graye ſcelus eſt, quia Dei præpotentis opem cum ope committit hominis, qui primùm ex carne & ſanguine conſtat, tum in vermes & lumbricos convertitur: itaque ſcriptum videmus, *Execratus homo qui fiduciam habet in homine, & ponit carnem brachium ſuum, à Domino autem recedit cor ejus.*

Tum

רביעית שתהיה מחשבתו טהורה
ונקיה חזקה לקיים מה שחייבו
הבורא לעשות עבודתו ולהזהר
מאשר הזהירו כפי מה שהוא מבקש
שיהא הבורא מכון ומזומן מצוי לו
שהוא בוטח בו על כן ראוי שיעשה
רצונו כרצון עצמו ויבטל רצונו מפני
רצון הבורא כדי שה׳ ימלא מבוקשיו
ורצונו יעשה אבל הבווה את דבר ה׳
וממרה מצותיו אנה יוליך את חרפתו
כמו שכתיב כי מה תקות חנף כי יבצע
וכו׳ הצעקתו ישמע אל וגו׳:

חמשית שיכוין בתפלותיו ויעשם
תחנונים וידע כי קרוב ה׳ לכל קוראיו
לכל אשר יקראוהו באמת כמאמר
הכתוב תכין לבם תקשיב אוניך ולפחות
זמנין תלתא ביומא ערב ובקר וצהרים
יהא בדיך על ברכוהי וכפי רעיונין
פרושות השמים בתפלה ותחנון בהקדים
זמרה ורנה לתפלה ולהודות ולהלל

לפניו

Poſtea caſtum & purum animum requiri, & eundem bene firmum ad faciendum id quod nos jubet rerum conditor venerandi colendique ſui gratiâ, & rurſus ad illa, quæ nos idem facere vetat, detrectanda. Semper & ubique volumus præſto nobis eſſe Deum, quotquot eo confidimus: æquum eſt igitur obſequi nos ejus voluntati ſic, ut noſtræ ſolemus: immo verò præ voluntate ejus noſtram negligere. Omnino qui hanc vitæ rationem tenebunt, his concedet Deus quidquid ab eo petent, quid illi cunque volent, effectum dabit: ſedenim temnentes verba Dei, præceptíſque repugnantes infamia comitabitur ea, quæ nuſquam & nunquam extinguetur: hoc enim ſibi vult illud, quod ſcriptum legimus, *Quæ eſt enim ſpes hypocritæ ſi avarè rapiat, &c. Nunquid Deus elamorem ejus audiet, &c.* 27.8,9.

Poſtremò ſummam animi contentionem adhibendam ad obteſtandum atque implorandum Deum, qui videlicet omnibus ſubvenit appellantibus ſe, ſiquidem appellent ex animo. Namque iſta vis eſt hujus verbi, *Præparationem cordis eorum audivit auris tua.* Jam ter in die ſaltem ad veſperum, diluculum, & meridiem, ſubmiſſis poplitibus, palmis ad ſydera ſublatis, & erectis animi cogitationibus Deum orare obſecrare debes, & antea, quàm venias ad preces & obſecra- 10.17.

לפניו בכל דברי שירות ותושבחות
שהתקין נעים זמירות ישראל ואנשי
כנסת הגדולה לא יוסיף ולא ישנה
ממטבע שטבעו חכמים בברכות פן
וחטא בלשונו ויהיה טועה ועל כן
כל אשר יארע לו טוב או רע יהלל
וישבח ויפאר ליוצרו ויקבל בשמחה
כמו שכתוב כוס ישועות אשא ובשם
ה׳ אקרא צרה ויגון אמצא ובשם ה׳
אקרא ויהיה רגיל לומר כל מאן
דעביד רחמנא עביד לטב גם על כל
הנאה שיהנה בעה״ז יברך לאלקיו
במאכל פרת בגו ויין משתיו כפי נוסח
הברכות שהתקינו רבותינו בכל מקום
ובכל זמן ובכל הדברים:

ל׳ אחרי שאמרנו מהאמונה והבטחון
היש דבר אחר שיהיה הכרחי
להקנות השלימות האנושי והתענוג
הרוחני:

crationes, vim & naturam divinam laudibus efferre, hymnis & odis celebrare, ac carminibus iis, quæ longè ſuaviſſimus Iſraelitarum pſaltes, & viri illi ſynagogæ magnæ panxerunt. Ne quidquam his addideris, neu precationum formulas à ſapientibus conſtitutas immutaveris, quia enim lingua ſi quid titubet, erroribus impliceris. Jam quid tibi cunque bonum vel malum eveniat, hilaris id accipias à conditore tuo, quem ideo magnificabis, efferes, illuſtrabis, ſecundum id quod
116.13. ſcriptum videmus, *Calicem ſalutis accipiam, &*
d. v. 3,4. *nomen Domini prædicabo. Anguſtiam & mœrorem inveni: Et nomen Domini invocavi:* id igitur habeas in ore ſemper; Deus, quæ miſericordia ejus eſt, quidquid nobis facit, noſtri boni causâ facit. Item & de ſingulis hujus vitæ commodis, de cibo, de potu, & de cunctis adeo rebus ſemper & ubique Deo gratias agas ex formulis, quas de gratiarum actionibus doctores noſtri compoſuerunt.

M. De fide & ſpe ſatis dictum eſt: dic nunc, ſodes, etiámne quid amplius eſt homini neceſſarium ad efficiendam virtutem, quæ ſempiternas animi delicias conſequatur?

ת יש מעבר אחר הנקרא מעבר האהבה:

ל ומה הוא המעבר הזה:

ת האהבה היא מתנה נתונה מאת האלקים אשר באמצעותה אנו הבים את ה מפני שראוי לנו מפאת גדולתו ורום מעלתו וחסדו עלינו וזו היא האהבה שתלויה ביראה ומחמת האהבה הואת אנו מקבלים עול התורה והמצוה וגם שבעבורה אנו צריכים לאהוב את הבריות מעשי ידיו ולחננם כפי משאת ידינו וזה כלל גדול רעלך סני לחברך לא תעביד:

ל והיאך היא הדרך לאהבתו וליראתו כי דברים אלו הם שני דברים הפכיים כי היראה וחרד איך יאהב:

ת בשעה שיתבונן אדם במעשיו וברואיו הנפלאים והגדולים ויראה מהן חכמתו

D. Eſt verò & alius animi affectus: is amor appellatur.

M. Quid igitur hîc rei eſt?

D. Hic amor eſt divinum munus ac donum, quod ubi nobis datum eſt, Deum ſic, ut par eſt, pro ſumma ipſius amplitudine atque præſtantia amamus, & pro maximis ejus erga nos meritis: atque hic eſt ille, qui cum timore conjungitur amor: hoc adducimur, ut Legis & præceptorum jugum accipiamus: hoc cogimur univerſis hominibus, utpote Dei manu factis, ſtudere & opitulari pro facultatibus noſtris. Etenim bona magnáque pars Legis eſt iſtuc, quod tibi inviſum eſt, alteri ne feceris.

M. Atenim amare & timere res duæ ſunt contrariæ, atque inter ſe repugnantes: quî fiet igitur, ut Deum horrentes ac reformidantes iidem & ament?

D. Nempe cùm homo conſiderat animo rerum creatarum fabricationem tot & tantarum ac tam admirabilium, inde agnoſcit intelligentiæ

הנמתו שאין לה ערך ולא קץ מיד
הוא אוהב ומשבח ומפאר ומתאוה
תאוה גדולה לידע את ה הגדול כמו
שאמר דוד ע"ה צמאה נפשי לאלקים
לאל חי וכשמחשב בדבריהם אלו עצמן
מיד הוא נרתע לאחוריו וירא ויפחד
וידע שהוא בריה שפלה וקטנה
אפלה עומדת בדעת קלה מעוטה
לפני תמים דעות כמו שאמר דוד כי
אראה שמיך מעשה אצבעותיך וכו' מה
אנוש כי תזכרנו וכו' ובזה האופן יהיה
ירא ואוהב ומקיים שני כתובים
שנראים כאלו מכחישין זה את זה
ואהבת את ה אלקיך בכל לבבך וכו'
ופסוק את ה אלקיך תירא ואותו
תעבוד וכו' תדבק כי בואת האהבה
והיראה יהיה הדבקות האמתי והנכון
כי באמצעותו ילך בדרכיו מה הוא
חנון ורחום ישר ונאמן ומתנהג עם
בריותיו במדות האלו בלי שום הפעלות

gentiæ divinæ vim immenſam atque infinitam, quam continuò colit, laudat, prædicat, atque adeo naturam Dei præpotentem & excellentem perſpicere vehementer avet: huc enim ſpectat Davidis illud, regis longe religioſiſſimi, *Sitiens eſt anima mea Dèi fortis viventis:* applicat igitur animum ad harum rerum cogitationem, & rurſus animum ab ipſis conſeſtim avocat, pavet, tremit, ſentit ſe naturam humilem, pufillam, tenebricoſam ſurrigere ſuam intelligentiam mancam & inchoatam ad ſummam illam & planè perfectam mentem: qua de re David ita loquitur, *Cùm ſuſpicio cœlos tuos opus digitorum, &c. Quid eſt homo quòd memor es ejus?* Ita fit ut numen divinum metuat homo ſimul & amet, ſervétque Legis præſcripta duo, quorum alterum alteri contrarium eſſe videatur, hoc videlicet, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c.* Et illud, *Dominum Deum tuum timebis, ei ſoli ſervies, ipſi adhærebis.* Hic enim timore conjunctus amor ſincerè commodéque Deo nos adjunget: namque his adducemur, ut quam tenet Deus agendi rationem nobis ad imitandum proponamus: Deus autem creatis ſuis ſibi moderandis comis eſt, benignus, æquus, & fidus, (quæ tamen affectionum varietates in effectibus inſunt tantùm, quia enim affectus non cadit in Deum ullus:) igitur & nos tales evadere ſtudebimus, atque his gradibus

ſ. 42. 3.

ſf. 8. 4.

bid. v 5.

Deut 6. 5.

bid. 10 v. 20.

כן הדבק בו יהיה כן ויצא ממדרגות
האלו אל מדרגת הקדושה כמו שכתוב
קדושים תהיו כי קדוש אני:

ר׳ היצטרך לעשות דבר אחר לבא
אל השלמות מהאושר נוסף על השני
דברים אלו שאמרת אהבת המקום
ואהבת הבריות:

ת׳ שני דברים אלו הם כלל גדול
בכל התורה כולה כי ואהבת את ה׳
אלקיך בכל לבבך ובכל נפשך ובכל
מאדך יכלול כל הדברים שבינו לבין
המקום בה׳ מצות עשה ומצות לא
תעשה ואהבת לרעך כמוך הוא כולל
כל הדברים שבין אדם לחבירו עשין
ולאוין דברי ממנות ואונאות ודיני
נפשות גם תורת הנשואין והבכורות
שהתורה והישוב בנוי עליהם ובמה
ישרצה עבד אל אדוניו כי אם בשתים
אלה לשמוע ולעשות את כל תרי״ג
מצות התלוים תחתיהם:

ר׳

dibus ad ſanctitatem aſcendere, ſiquidem in
:v.19.2. Lege eſt, *Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum.*

M. Quid? An ad obtinendum ſummum bonum præter geminum hunc, de quo diſputâſti, amorem erga Deum & homines, porro quid eſt neceſſarium?

D. Omnino in his duobus Lex tota vertiut.6.5. tur: illud enim, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex toto animo tuo, & ex totis viribus tuis*, prorſus omnia continet ea, quibus declaratur quid Deo debeat homo, præcepta, jubentia, vetantiáque: & hoc alterum,
v.19.18. *Diliges proximum tuum ſicut te ipſum*, itidem omnia, quæ pertinent ad officium hominis erga homines, præcepta complectitur, tam imperantia, quàm prohibentia, legitima bonorum commercia, & dolos malos, judicia capitalia, jura connubiorum, & hæreditatum, quibus rebus divina Lex & ſocietas hominum continentur. Nihil igitur aliud eſt quod nobis ſervis Domini noſtri gratiam conciliet, quàm iſtorum duorum obſervatio præſcriptorum, ex quibus omnino præcepta dependent ſexcent & tredecim.

ל האם אהבת הבריות שתלוי
ואהבת לרעך כמוך צריך שיהיה בכ
לבבך ובכל נפשך ובכל מאדך כנ
אהבת המקום ב"ה:

ת להיות ששתי האהביות האל
הם שני עמודי התירה ראוי שיהי
דומים וה לזה וכמו שאהבת המקום
היא בכל לב נפש ומאד ל"ל כ
לקיים מצות ה' התלויים בלב ובנפש
כגון להרחיק הרעות הזרות והנכריות
מלבו צריך להתלהב בנפש משלהבת
האהבה האלקית והיראה הפנימית
עד שאפילו אדם נוטל נשמתו לא
יעבור מפקודי ה' ומצותיו וכל שכן
שלא יעבור אם יהיה בדבר חסרון
כיס שעל כל אלה מפני אהבתו ית'
אם ישלו ממנו נפשו וממנו ולבו היינו
שיצערוהו בגופו אל יעבור על מצות
קונו כן באהבת הבריות צריך שתהיה
בכל לב נפש ומאד:

M. An huic erga homines amori, qui hoc verſu, *Diliges proximum tuum ſicut te ipſum*, comprehenditur item, ut amori illi erga Deum immortalem toto corde & animo, totiſque viribus inſerviendum erit?

D. Cùm amores iſti duo duæ veluti columnæ Legem fulciant, hos inter ſe pares eſſe convenit: amor autem noſter erga Deum haud dubiè cor totum, & animum, & vires adeo ſibi vendicat omnes; quod perinde eſt ac ſi dicas, ad ſervanda Dei præcepta illa, qua mentem & rationem ſpectant, verbi gratiâ ad rejiciendas opiniones extraneas, & à ver alienas neceſſe eſſe amoris divini fervore ce noſtrum ardeat, idémque intimo quodam m tu afficiatur uſque adéo, ut potiùs, quàm monitis & præceptis refragemur, vitam n bis eripi ſinamus, ac multò etiam minùs rei noſtræ jacturam aliquid contra divin Legem faciamus, uno verbo ut amor ille ſter erga Deum, ſi ſpoliemur vitâ, fortunis omnibus inſuper iis, quæ nobis in hac v cordi ſunt, quo denique omnis redit corpo incommoditas, ille tamen impediat, quo nus contra rectoris & Domini noſtri præce quidquam committamus: igitur & noſte homines amor cor, & animum, & vires re rit omnes.

ה צריך אתה לפרש דבריך ולהודיע
איך באהבת הבריות יהיו שלש אלה:
ת בכלי לבבך היינו שלא לשנא
שום אדם בלב כמו שכתוב לא
תשנא את אחיך בלבבך והשנאה
אשר בלב רובה באה מחמת הקנאה
וגדולה השנאה הבאה מחמת הקנאה
יותר מהבאה מחמת עלבון ותחרות
או דבר אחר כי זו בסור הסבה סור
כל חלאתה ויש לה תקומה אמנם
הבאה מחמת הקנאה אין שום תקנה
לה כי בכל עת תעורר מדנים ויעל
באשה היא אשר החריבה מקדש שני
שלא היה בו לא עבודת אלילים
גילוי עריות שפיכות דמים כמו במקדש
ראשון והיא אשר הגלתה את
פליטת יהודה ומקיימת את שארית
ישראל בגלות ואשר סבבה כל
הגירושים והרעות והצרות שהיו
מעולם בגלות החל חוה כי עדיין
איתן גה

M. His posterioribus verbis tuis lucem addas oportet, & exponas quatenus illa tria postulat amor in homines.

D. Ad cor quod attinet, ut nullum in hominem odium corde conceptum habeamus, de
19.17. quo quidem expresse Lex, *Non oderis fratrem tuum in corde tuo.* Etenim quod alto pectore repositum manet odium, id maximam partem ex invidia natum est: cujus odii quidem longè major est acerbitas, quàm ejus, quod injuria, contentio, vel id genus alia res peperit. Namque hujus odii sublatâ causâ protinus & tollitur omnis illa fervida spuma, atque adeo remedium est aliquod: at omnino remedium illi nullum inveniri potest odio, quod ex invidia ducit originem: id rixas semper excitat, turbásque facit tetras: id evertit templum secundum, quod non item uti primum idololatriâ, stupris, adulteriis, incestis, & homicidiis fœdatum erat: id reliquias Judæorum è finibus suis exterminavit, & Israelitas, qui supersunt, retinet etiamnunc captivos & exules: id porro fuit, quod exturbationes nostrorum ex innumeris pene locis, quod cædes, quod calamitates, quod miserias & ærum-

nas

צחנתה ועשנה עולה להשחית והשנאה
הואת אשר בלב נקראת שנאת חנם
כי על עסקי חנם וקנאה לבד נכנסת
בלבו של אדם והיא קשה שבכלם
כי תורתי אית בהו לגריעותא הקנאה
שמוציאה את האדם מן העולם
והשנאה אשר בלב ועל זה נאמר
בכל לבבך כי לא לבד חייב אדם
להזהר שלא ידבק בו מאומה מהאד
הדע הזה אמנם לאהוב את האדם
בלבו ולהרחיק ממנו שמץ קנאה ותחרות
וזו היא האהבה שבלב · עוד יש שנאה
אחרת והיא שאדם שונא לחברו לא
מפני קנאה או תחרות אלא מפני רוע
המדות אשר בנפש המתעורר כי כמו
שהטבע ניתן שהאהבה נופלת בין
הדומים כן כשלא ידמו יחד האנשים
במדותיהם ובמוגיהם יפול ביניהם
שנאה וזו אינה קשה כראשונה
אמנם קשה לתקן ולכן מוזהרים אנו
להתרחק ממנה לפי שנאמר בכלנפשך

היינו

nas peperit omnes, quas uſque ab initio graviſſimæ captivitatis iſtius perpeſſi ſumus; idémque fumum adhuc exhalat ita ſpiſſum, ita fœtidum, uti perdat omnia. Atque odium illud corde penitus inſitum, *odium temerarium* nominatur: nimirum nulla de cauſa præter meram invidiam cor humanum invadit: id verò eſt omnium multò graviſſimum, quia duplex in eo pravitas ineſt, livor, qui tollit hominem è medio; & malignitas, qua pectus inficitur. Itaque præſcriptum eſt, *Ex toto corde tuo*: neque enim id ſolum hominis eſt, hanc inhumanitatem prorſus â ſe depellere; ſed etiam quemvis hominem amare toto pectore, à qualicunque invidia ac contentione abhorrere: hoc enim eſt amare toto corde. Eſt alterum odii genus, cùm ab homine homo animum habet alienum, non ex invidia atque ſimultate, ſed propter mores & ingenium ejus, qui diſplicet, malum: namque ut morum ſimilitudo per ſe ipſa mutuum inter homines amorem excitat; ſic contrà morum & naturæ diſcrepantia parit odium. Quod videlicet odio ſuperiori minùs acerbum eſt: verùm tamen extirpationem habet difficilem: itaque monemur, ut longiùs ab eo recedamus. Nam illud, *Ex toto animo*, hanc habet ſententiam, ſi cujus mores cum ingenio tuo

minùs

חיינו אף על פי שחבירך אינו שוו
במדות כנפשך חייב אתה לסבול אותי
ולאהבה אותו בעבור ה׳ שככה בראוי ·
המין השלישי מהשנאה היא הבאה
מחמת דרדא דממונא וזהו שנאמר
בכל מאדך ובזו השנאה גם כן אותה
הנופלת בין בעלי האומניות שכל
אומן שונא בני אומנתו ועל הדבר הזה
גם כן מוזהרים אנו וכשיחשוב הבעל
אומנות שהכל מאת ה׳ העושר והכבוד
ואין אדם נוגע במה שמוכן לחבירו
לא ישנא לבעל אומנתו אדרבה יאהב
אותו מפני הדמותו אליו וכן אם ריב
או מצה יפול בין אנשים ונגשו אל
השופט ושפטום ורוב יריבו יחד באותו
הדבר אשר יפול הריב והאמת יעשה
דרכו ולמה ישנאו זה את זה אחר כך
כי כל העדה כלם כגוף אחד נבדל
באבריו וכמו שאם ידו של אדם תכה
את רגלו או שום אבר אחר מאבריו
לא ישוב להכות לידו לנקום נקמת

רגלו

minùs congruerint, debes eum ferre tamen & diligere : Deus enim eſt idoneus, cujus causâ ſic facias. Tertium odii genus eſt, quod ex opum immoderata cupidine naſcitur : atque huc ſpectat illud, *Et ex totis viribus* : huic autem generi ſubeſt etiam odium opificum aliorum in alios. Nam omnis artifex ferè arti ſuæ deditos odit, quod nos facere vetamur. Et verò ſi ſecum ipſe reputet artifex omnes omnino dotes, opes, honores, ab uno Deo proficiſci, nec cuiquam obtingere quod ab eodem eſt alteri deſtinatum, tantum aberit, ut artem ſuam factitantes odio ſit habiturus ; ut potiùs eos amaturus ſit ob vitæ ſimilitudinem. Jam ſi veniat uſus, ut aliqua contentio atque altercatio oriatur uni cum altero, in jus eant, cauſam agant, & cùm litem ad liquidum cognitam judex diremerit, uterque perſonam adverſarii ponat. Nam univerſus Iſraelitarum cœtus imitatur unius & ejuſdem hominis corpus in partes ſuas deſcriptum ac diſtributum : non eſt autem, ut ſi manus hominis pedem, aut aliud quoddam è membris offenderit, is pedis ulciſcendi causâ manum malè multet : ſimiliter ergo ſi vir viro peccarit aliquid, rectum eſt injuriam non ulciſci, non eſſe peccati memorem ; ſed illud

ex-

רגלו כן אם יחטא איש לאיש מצוי
שלא לנקום ולנטור אבל למחול
לו מיד ולהתפלל אל ה׳ עליו שימחול
לו כמו שעשה הזקן אבינו שנאמר
ויתפלל אברהם אל האלקים
וירפא אלקים את אבימלך ויחשוב
גם כן בלבו כמה אנחנו מסיפים
לחטוא בכל יום ויום לפניו יתברך
והוא מוחל לנו על העונות והפשעים
ואם אנו בניו כלא בנים אתם לד׳
אלקיכם ומצווים ללכת בדרכי
מחוייבים אנו גם כן למחול כמוהו
ולהעביר על מדותינו כי כל העובר
על מדותיו מעבירים לו כל פשעי
מדה כנגד מדה והוכח נוכיח את
עמיתנו בדברים המתישבים על
הלב ולא נשא עליו חטא לא
במחשבה לא בדבור ולא במעשה אבל
בשלשת אלה נועילהו ווהו ואהבת
לרעך כמוך כי כל הדברים הנאהבים

extemplo condonare, & pro delinquente veniam à Deo precari. Hanc enim agendi rationem tenuit noſter ille parens longævus, de
en.20.17. quo ſcriptum legimus, *Orante autem Abraham ſanavit Deus Abimelec.* Præterea autem hoc quiſque facito cum animo cogitet, nobis, qui nunquam unum intermittimus diem, quin plurima peccemus in Deum, nihilominus ab eo peccata ſcelera condonari. Quare ſi ſumus ejus filii, quemadmodum ſcriptum vide-
ut.14.1. mus, *Filii eſtis Domini Dei veſtri,* ſi ſequi viam ejus noſtrum eſt, profectò debemus itidem, ut ipſe, veniam dare, & iracundiam omittere: quiſquis enim iram, hoc eſt, ulciſcendi libidinem miſſam facit, huic verò ſcelerum pœna remittitur, par pari refertur. Porro nos inter nos confutemus verbis ad animos à pravitate convertendos accommodatis, nec committamus, ut luendum nobis ſit id quod commeruit alius aut cogitando, aut loquendo, aut operando: ſed in hac triplici agendi ratione proſimus alteris alteri: namque hoc ſibi vult Legis illud, *Diliges proximum tuum ſicut te ipſum.* Nempe quæ tibi cunque ſuavia & jucunda ſunt, hæc cunctis ſocietati tibi conjunctis parare, operatione & oratione conficere debes, in gratiam redigere con-

juges

והרצויים לך חויב אתה להשתדל
במעשה ובדבור ולעשות לרעך להביא
שלום בין איש לאשתו בין אדם
לחבירו כמו שכתוב בקש שלום ורדפהו
ובמחשבה שתחמוד בלבך שיבא
אליו טובה ועל זה תתפלל אל
ה' תמיד כמו שאתה מתפלל על
טובתך:

ל' אחר שפירשת שני עמודים אל
שכוללים כל התורה כולה הבו
שבין אדם למקום ודברים שבי
אדם לחבירו אמור בכלל כמה ה
שרשי העונות שיתרחק מהם האד
כדי שלא ימנעוהו מלבא אל האושו
המקווה:

ת' שרשי העונות הם שלש והם
מויד שוגג ופושע:

ל' מה הוא הנקרא מויד:

ת' להיות כי יצר לב האדם רע
מנעוריו עלובה העיסה שהנחתום
מעיר

juges, cives inter ſe conciliare: hoc enim il-
34. 15. lud eſt, quod ſcriptum legimus, *Inquire pacem, & perſequere eam.* Porro debes iiſdem inſervire cogitatione, hoc eſt, illis ex animo factum velle, & Deum tam aſſiduè pro illorum, quàm pro tua proſperitate orare.

M. De duobus illis locis, quibus univerſa Lex, atque adeo omnia hominis erga Deum & homines officia continentur, copioſè diſſeruiſti: proximum eſt, ut explices planè peccatorum ſemina, quot & qualia ſint eorum, à quibus declinandum, ut ea ne obſtent, quominùs ſummum illud, quod ſperamus, bonum aliquando conſequamur.

D. Omnino triplex eſt peccatorum ſtirps & ſemen, obſtinatio, imprudentia, & rebellio.

M. Quid eſt id quod obſtinatio dicitur?

D. Hominis ſcilicet à prima ætate uſque mala mens, malus animus, (miſeranda verò maſſa illa farinacea, in quam piſtor ipſe dicit

in-

מעיד עליה וכל איש לבצעו מנעוריו
נקל להמשך אחרי שרירות לבו ותאותו
מתענוגי העולם וחמדותיו ולא יבחין
בין הדברים המותרים והאסורים כדי
למלאת תאות הנפש הבהמית וכל
העונות הנעשות בודון מחמת התאוה
והחמדה והודע אליו חטאתו ומכל זה
יתפתה אחר יצרו יקראו כלם שנעשו
במזיד:

ל מה הוא הנקרא שוגג:

ת על שני אופנים נוכל לאמר
אם שוגג בענין המעשה כי לא הודע
אליו שהדבר ההוא עון לעשותו וחושב
שהוא מותר ושגיאות מי יבין או כי
בשגגה נתפתה אחרי הדברים שגופם
אינו אסיר לגמרי אמנם מצוה להזהר
מהם כגון הרהורי עבירה מחשבות
און דברים בטלים רוב התענוג
בדברים המותריים ויוצא בזה
שכלם מבטלים את האדם מדבקות
מחשבת

inclementiùs) ſuis quiſque commodis à puero inſervit, & proclivis ad libidinem voluptates delicatas & temporales ſic appetit, ut à conceſſis interdicta non diſtinguat, dum expleat cupiditates planè pecorinas. Cùm igitur homo quid voluptatis appetitæ causâ volens admittit, & videns ſciénſque ſe peccare, indulget genio tamen, id verò dicitur obſtinatè fieri.

M. Quid verò eſt quod imprudentia vocetur?

D. Hujus ego rectè dixerim rationem eſſe duplicem: unam in facto poſitam, ut ſi quis ignorans aliquid eſſe factu nefas, id effectum dederit, quod illud putaret facere licere; *Nam errores quis intelligat?* Alteram eſſe, cùm incogitans ſe dedat aliquis ejuſmodi rebus, quæ omnino per ſe ipſæ non ſunt adeo flagitioſæ: verùm enim his abſtinere probitatis eſt; hujus generis ſunt deſiderare peccatum, iniquitatem concupiſcere, otioſa verba facere, conceſſis è rebus nimiam voluptatem percipere, & ſi quid horum ſimile: hæc enim omnia deterrent hominem, ne applicet animum

מחשבת בוראו ואהבתו ודם דביים
שמעט מעט יוכלו להביא את האדם
לידי רוע מעשה וקניית תכונות לנפשו
את שבע תועבות ה' אשר שנא
ולטרוף נפשו באפו ולהטרידו מחיי
העולם הזה והבא:

ל ומה הנה שבע תועבות אשר
בנפש:

ת הם שבעה גופי עבירה ראשיים
אשר תחתיהם ישתרגו כל העונות
ובראשותם נראים דברי שוא ואין
אדם נשמר מהם ואם יתפתה
אחריהם - טורדין אותו מן העולם כי
בולמסם חזק וקשה אחר כך לתקן
את אשר עוותו כי הם מקנים גם
כן תכונה רעה בנפש האדם על כן
שומר נפשו ירחק מהם ואלו הם
הבטלה הגאוה הגרגרנות חומה הכעס
הקמצנות הקנאה ולהם שבע שמות
מתחלפים אשר קראו להם הנביאים
והם רע ערל טמא שונא מכשול אבן

mum ad conſiderationem Dei conditoris ſui, neu debitam illi pietatem adhibeat: horum ea vis eſt, ut hominem ſenſim ad nequitiem abducant, atque his ſeptem implicent animi vitiis, quæ Deus odit, abominatur, quæque hominem de ſanitate ac mente deturbant, & eidem hujus & ævi venturi vitam pariter adimunt.

M. Quæ verò & qualia ſunt tandem iſta ſeptem abominanda animi vitia?

D. Hæc ſunt perverſitatis veluti ſeptem ſummâ proceritate caudices, quorum è ramis inter ſe conſertis ac commiſſis, enaſcuntur univerſa ſcelera. Ac principiò quidem ita videntur eſſe futilia ac levia, ut ab illis ſibi caveat nemo: poſtea verò hominem illis obtemperantem opprimunt, & quòd eſt eorum vis immanis, nec ferè fieri poteſt, ut is, quem depravârint, corrigatur: imbuunt enim mentem improbitate. Quare quiſquis cupit animum tueri ſuum, vitiis ab iſtis quàm poteſt diligentiſſimè declinet: ea ſunt deſidia, ſuperbia, helluatio, libido, ira, avaritia, invidia, quibus iiſdem alia ſeptem indiderunt nomina prophetæ, illa videlicet, malum, incircunciſum, immundum, inimicum, offendiculum, lapidem, abſconditum.

ד פרש דבריך ואמר טבע כל אחר מהעונות האלה ואיך מכוונים השמוש שאמרת עם אותם אשר קראו להם הנביאים :

ת הבטלה היא רעה חולה שאדם מתבטל ומתעצל לבא אל שלמותו ויושב ופנה לבו לדברים בטלים ואינו עוסק בתורה ובמצות ולא במלאכתו והיא ראשית כח העונות ועל כן נקרא רע כמו שכתוב כי יצר לב האדם רע מנעוריו ואומנ הבטלה יותר מהתעסק בשלמותו ולא ידע כי בנפשו הוא ומכלל העון הזה המשחק בקוביא או בקלפים וכיוצא לפי שאינו מתעסק בישובו של עולם ואסור לאדם שיתעסק בעולמו אלא או בתורה וגמילות חסדים או בסחורה או אומנות ומלאכה שיש בהן ישוב של עולם ועל כן איש זה מכלל אותם שהן פסולים לדון :

M. Quæ dixiſti modò egent explicatione: quare age diſſere vim & naturam cujuſque horum ſeptem vitiorum, & oſtende quomodo eorum hæc, quæ paulo ante poſuiſti, vocabula, vocabulis reſpondeant illis, quæ his iiſdem vitiis impoſuerunt prophetæ.

D. Deſidia vitium eſt quod hominem ſic afficit, ut animi ſui excolendi munere neglecto, omiſſo, ſedeat & oſcitetur, atque ad frivola futiliáque cogitationem à cognitione Legis, obſervatione præceptorum, & operis effectione convertat. Ea verò eſt vitiorum omnium origo, propterèaque *malum* dicitur. Namque hoc ſibi vult Legis ille verſus, *Figmentum enim cordis humani malum eſt ab adoleſcentia ejus.* Sic eſt homo videlicet, inertiæ ſe dedere multo mavult, quàm laborare, ut naturam ſuam ex omni parte perfectam reddat; nec verò hanc eſſe propriam animi perfectionem intelligit. Atque eodem iſto vitio tenetur qui teſſeris, chartis luſoriis, conſimilíque iſtarum aleâ perpetuò ludit, quippe qui nihil prorſus confert ad utilitatem communem. Neque enim datur homini uſura vitæ, niſi ut eam conſumat vel in perpetua meditatione Legis, & exercitatione benignitatis, vel in mercatura facienda, vel in arte tractanda, vel in moliendo ejuſmodi opere, quod ad conſervationem mundi conducat. Eſt igitur alea tor in eorum numero hominum, qui juri dicundo non ſunt idonei.

:n.8.21.

Si-

הגאוה היא מלכותא בלא תגא
שאדם מתגאה ועולה אונו ועינו ולבו
מלשמוע ומלראות ומלהבין כי איך
יתגאה אדם שסופו רמה ותולעה
כציץ נובל וכעשן כלה ועל כן נקרא
עפר כמו שכתוב ומלתם את ערלת
לבבכם וכו וממנה ימשך השנאה שכל
הנביות שונאים אותו כי לכל הדברים
יש חבור חוץ מן הגאוה ויודוע כי מן
השנאה ימשך הפיהוק ומן הפורד
חשממון והאיבוד נמצא הבעל גאוה
מחריב הישוב והעולם והוא שנואי
למטה ולמעלה ושפל שאין רוח
הנביות נוחה הימנו אין רוח המקום
נוחה הימנו:

הגרגן הוא המתאוה בכל תאוה
לאכול לשבעה ולמפסרה עמיק והיא
חמדה משולחת בבטן הרשעים
האומרים אכול ושתה כי מחר נמות
וחיים כרי לאנו לית אוכלים כדי

Superbia regnum eſt ſine diademate: vide-as hominem ſeſe contumaciter efferentem, in quo ſit aurium, oculorum, & animi faſtidium tam inſolens, nihil ut laudiat, neque cernat, neque intelligat: verum enimvero quid eſt, quod ſibi tantum arroget homo, qui vermis beſtia ſerpens aliquando futurus eſt? Qui flacceſcit uti flos, & veluti fumus evaneſcit? Igitur ſic affectus *incircunciſus* appellatur, ex quo Legis illud, *Circuncidetis igitur præputium cordis veſtri, &c.* Ac primo quidem ſuperbia parit odium: aſpernantur eam & abhorrent omnes: namque poteſt aliqua cum rebus ceteris eſſe conjunctio, cum ſuperbia nulla poteſt. Jam ex offenſione atque odio hominum diſperſionem, & hinc conſtat vaſtitatem & ruinam circunquaque exiſtere. Ex quo cognoſcitur cœtus hominum ab homine ſuperbo diſſipari, atque adeo mundum everti. Quod ſi ſuperbus invifus eſt inferis, non eſt certè minus ſuperis: nam cui homini homines ſunt omnes infenſi, huic & Deus iratus eſt.

ut. 10. 16

Helluo dicitur is, in quo eſt inſatiabilis aviditas epulandi, atque ita epulandi, ut poſterioribus epulis ſuperiores ſemper obſcurentur: eſt enim appetitio veſana, inhærens viſceribus impiorum, qui ita dictitant, comedamus jam nunc ac compotemus, cras enim moriemur: Etenim vivunt ut edant, non edunt ut vivant.

לחיות ובטן רשעים תחסר מכל טובו
כי אין אדם יוצא מהעולם וחצי
תאותו בידו והאיש הזה נקרא טמא
כי כמו שכתיב לב טהור ברא לי אלקים
מכלל דאינא טמא כי הטומאה
והפסולת נמשכת מזה לעשות כל
הדברים הבלתי טהורים:

הזמה היא חמדה שבלב האדם
אל תענוגי הבשר והנאתו והוא עון
פלילי ונקרא שונא כמו שכתוב אם
רעב שונאך אפילהו לחם וכי כי שונא
האדם באמת הוא הוצר הרע המבקש
לקחת נפשו ממנו ולהחטיאו לאלקינו
והאיש שבלבו נכנס בולמוס זה הוא
שנאוי לשמים כי אלקים קדושים
ישונא זמה הוא ולבריות גם כן
הוא שנאוי כולם וישנאוהו מפני
שאינו חס לא על כבוד עצמו ולא
על כבוד אחרים ולזה אמר הכתוב
אם רעב שונאך וגו להחטיאך האכילהו

vant. Interim abdomen impiorum egenum eſt omnium: ſic enim res ſe habet, ut nemo homo cùm excedat è vita nactus ſit vel dimidiam partem rerum, quas expetierat. Talis homo vocatur immundus: nam ex eo quod
51.12. ſcriptum legimus, *Cor mundum crea in me Deus*, ſatis intelligitur immundum eſſe quoddam. Atqui vitium iſtud eſt veluti ſpurca ſcatebra, unde manant inquinamenta: id hominem cunctis obruit impuritatibus.

Jam libidine oportet intelligi cupiditatem effrænatam rerum venerearum: eſt immane flagitium iſtud: inimicum vocatur: huc enim
25.21. ſpectat id quod ſcriptum videmus, *Si eſuriat inimicus tuus, ciba illum pane, &c.* Etenim improba cupido maximè eſt inimica homini: infert ejus animo necem, quia enim impellit eum, ut Dei majeſtatem ſceleribus irritet. Atqui libidini deditus homo inviſus eſt Deo: Deus enim ſanctus eſt, & malè odit impudicitiam: idem homo hominibus etiam inviſus eſt: averſantur enim omnes hominem ejuſmodi, qui nec honori ſuo parcit, nec alieno. Hæc eſt igitur vis & ſententia versûs iſtius, ſi ad flagitia incitet te hujus inimici fames, fac eum ut expleas cibo divinæ Legis, & potione pœnitentiæ, timoriſque Dei, eo pacto caput

ejus

לחמה של תורה והשקהו מי התשובה
והוראה לאלקים כי בזה גחלים
אתה חותה על ראשו ושכרך הרבה
מאד ואם פגע בך מנוול זה משכהו
לבית המדרש וה' ישלם לך:

הכעס הוא התלהבות הבשר והדם
וחומר הנקימה ונקרא מכשול שנאמר
הרימו מכשול מדרך עמי כי למכשול
ולאבן נגף הכעס בלבו של אדם ומי
שאינו מתון גורם רעה לעצמו ורעה
לאחרים בעולם הזה ובבא:

הקמצנות היא חמדה גדולה בלב
האדם לקבץ הממונות והיא הפך
הנדיבות וקשה בלב האדם כאבן
שאינו מטיף טפה ואינו מודעזע ממקומו
ואפילו כל רוחות שבעולם נושבות:

בו בן הקמצן לא ישמע לקו
מלחשים שידברו באוניו לעשות צדקות
או שום מצוה אחרת שיש בה חסרון
כיס כי חביבה עליו ממונו מנפשו וגופו
ועל כן נקרא אבן שנאמר והסירותי

ejus carbonibus ardentibus oppleveris, & præmia feras ampliſſima : breviter ac commodè ſapientes ; Si tibi occurrat obſcœnus iſte, trahas eum in gymnaſium divinæ Legi explicandæ conſtitutum : mercedem tibi dabit Deus in dando munificentiſſimus.

Ira eſt ardor ulciſcendi, quo deflagrat homo totus : ea nuncupatur offendiculum ; huc enim ſpectat illud quod cecinit vates, *Tollite offendiculum è via populi mei.* Nempe offendit animus in ira ſic tanquam ad ſcopulum navis alliditur : niſi verò lentus homo ſit & patiens, ſuam & aliorum vitam utriuſque ævi reddit miſeram.

Isa. 57. 14.

Avaritia eſt inſita penitus in animo cupiditas immenſa cogendi divitias : ea contra liberalitatem ſtat velut aſperum in humano corde ſaxum : non illud ex ſe guttam ſtillat humori unquam, nec è loco movetur impetu ventorum ullo ; ita prorſus avarus homo non audi inſuſurrantes ſibi pauperum neceſſitati ſubveniendum, aut quodvis pietatis officium cui aliquo intertetrimento eſſe faciendum : nam que hoc eſt ingenio, divitiæ ſunt ei longè c riores animo & corpore ſuo. Atque hac c cauſa lapis dicitur, ex quo & vaticinium i

Ini

את לב האבן מבשרכם ונתתי לכם
לב בשר והיינו שרחם ירחם לראוי
לרחמים :

הקנאה היא חמדה רעה בלבו של
אדם שרואג מטובתן של בריות ושמח
לאידם והוא דומה לצפעוני שמטיל
הארס בלי שום יתרון ותועלת ומה
הצפעוני בעיניו יוציא הארס הבא מלבו
כי שורשיני הענא בלבא תלו כ
הקנאי עיניו כלפידים והיא היא
המקיימת אותנו בגלות כי ממנה ימש
השנאה ועל כן נקראת צפוני שהיא
צפונה בלבו של אדם ולעתיד לבא
בבא הגואל יסיר אותה ממנו כמו שכתוב
את הצפוני ארחיק מעליכם ונאמר
וסרה קנאת אפרים וכו :

אלו הם שבעה גופי עבירה והארב
אשר בשוגג יתפתה אחריהם בהיותו
אחד אחד יבא להתפתות אחריהם
באיסור ולנתק חבל הכסף והזהב

Ezec.36.27 Jud, *Auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum:* cujus est ea sententia, misericors Deus miserabitur eos, qui sunt misericordiâ digni.

Invidia est animi pravitas, qua sic afficitur homo, ut aliorum rebus secundis doleat, & lætetur adversis. Talis homo basiliscum imitatur, quod immane monstrum inspirat venenum, cùm inde commodi nihil utilitatísque consequatur. Atque ut basiliscus venenum corde generatum emittit oculis, quippe quorum obtutus è corde pendet, sic & hominis invidi flammam pectore conceptam oculi produnt: Hæc adeo res est, quæ nos extorres atque captivos tam diu detinet: nam inde nascitur odium. Ea verò vocatur *abscónditum*, quia enim in animi latebris est abscondita: futurum est autem, ut redemtor ille noster cùm advenerit, eam nobis eximat: nam-
12. 20. que scriptum videmus, *Et abscónditum procul*
1.11.13. *à vobis amovebo:* & alio loco, *Et amovebitur invidentia Ephraim.*

En septem improbitatis trunci, quibus cùm implicueris animum imprudens ignarúsque mali, nihilo secius paulatim adduceris, ut iisdem deinceps animum flagitiosè dedas, & rumpas funem argenti, atque vinculum illud, quo mortales cum immortali Deo copulantur:

הקושרו ומעמידו עם אלקיו באופן כי
עבירה גוררת עבירה ולא לבד יתנו
תכונות רעות בנפשו אבל גם כן
יטרידוהו ויעבירוהו על הששה דברים
אשר שנא ה׳ כמו שכתוב שש הנה
אשר שנא ושבע תועבות היינו למי
ששבע תועבות הנזכר בנפשו ימשך גם
כן לעבור על שש אשר שנא ה׳ וגם
על הארבעה אבות נזקין שהעובר
עליהם צועקים וצעקתם עולה השמים
ומבקשים נקמה עד שמאבד עולם
הזה ועולם הבא:

ה׳ ומה הם הששה דברים אשר
שנא ה׳:

ת׳ ראשונה הוא העוות והחושב
כלבו לזכות לחיי העולם הבא מבלי
שיעשה הפעולות הצריכות והמצוות
יעשים טובים שנית הבלתי בוטח
בחסד ה׳ וחושב שאין תקנה לו
דאלישע אחר וכאלו אין יד מלמעלה
להרע

[illegible] sic enim res se habet, peccatum aliud ex alio existit. Hi cùm ipsi per se animum inficiant, tum verò induunt in sex illa flagitia, quæ Deo summo sunt odio: nam quod scrip-
16. tum legimus, *Sex sunt quæ odit Dominus, & septem abominationes animæ ejus*, hujus ea vis est, cui existunt illæ, quas commemoravi, septem mentis abominandæ pravitates, hujus animum adduci & ad admittenda sex illa flagitia, quæ malè odit Dominus, & ad facienda quatuor illa primaria damna, quæ clamoribus in cœlum penetrantibus vindictam flagitant usque adeo, donec homini noxio hujus & sempiterni ævi vitam adimunt.

M. Quænam igitur sex illa flagitia sunt, quæ tantopere Deus odit?

D. Primum est, si impudenter homo si in animum induxerit suum, se vitam ævi sempiterni adepturum, tamen etsi necessariò facienda mandata Dei, & pietatis officia negligat. Alterum, si Dei benignitati diffida atque adeo sibi post admissa maleficia nulla porro spem relictam esse putet, sic tanqua

לקבל שבים ולא ידע כי רחמי ה׳
על החוטאים ואפילו עבר אדם כל
העבירות ושב עליהם בלב נשבר
ונדכה ומבקש סליחה מרחם עליו כי
לא יחפוץ במות המת כי אם בשובו
מדרכיו וחיה ומי לנו חושא לאלקים
כמנשה המכעיס ועליו נאמר ויתפלל
אליו ויעתר לו וישמע תחנתו וכו׳
שלישית המתנגד אל האמת אחרי שהכיר
אותה ולכוונת השלוח ולחיות חפשי
רביעית המקנא בטובות שנתן ה׳ לחבירו
כקין שקנא בהבל על כי שעה אל
מנחתו:

ר׳ ומה הפרש יש בין קנאה
ואת לאותה קנאה שנמנית בשבע
תועבות ה׳:

ר׳ ההפרש הוא כי קנאה זו הוא
האיש המקנא בטובות הנפש ומתנור
ה׳ לאחרים עבור חפעולות הטובו

* Hic Eliſæus Abujæ filius traditur miro fuiſſe ingenio, etrerum divinarum cognitione inprimis excelluſſe: verùm animo tandem deſponliſſe, Judaicæ religioni huntium renifiſſe, atque adeo omnibus ſe flagiiis dedidiſſe: inde factum, ut Alius ppellaretur. Nimirùm qui primi eſcierunt defectionem ejus, negaant rei fidem, nec eximium illum irum, ſed alium quendam, unum e multis eſſe pugnabant. *Vide Tratatum Talmudicum, qui* חגיגה *ſcribitur. cap. 2. fol. 15.*

* Eliſæus is, cui cognomen additur Alius: cœleſte numen manus, quas redeuntibus in viam porrigat, habere nullas, nec miſerari facinoroſos: at ſi omnibus omnino ſceleribus aſtrictus reſipiſcat, & idem animo fracto, atque afflicto veniam oret à Deo, Deum exorabilem atq; placabilem experiatur tamen: neque enim ſceleratum hominem Deus mortuum expetit, ſed à corruptione mortifera converſum ad integritatem vitæ. Ecquis è nobis eſt, qui tam multa, magna, atrocia commiſerit in Deum, quàm Manaſſes, qui ſtuduit irâ Deum incendere? Atqui de illo
Paral. 33. ſcriptum legimus, *Oravit eum, qui exoratus deprecationem ejus exaudivit, &c.* Tertium eſt cognitæ penitúſque perſpectæ veritati repugnare, ad effuſionem animi confirmandam, & vivendi licentiam. Quartum alteri impertita divina dona invidère ſic, uti Cainus invidit Habeli, quòd oblatum ab illo munus reſpexiſſet Deus.

M. Quid autem hæc ab illa differt invidentia, quam inter ſeptem abominata Deo vitia numerâſti?

D. Differentia eſt, quòd hæc ſit ægritudo ſuſcepta propter animi commoditates aliis

ob

שו בקנאת קין בהבל וחושב שהוא
שה פעולות טובות כהנה וכהנה וזה
לא השיג וכאלו משוא פנים יש
למעלה ועל זה מתחרט מהראשונות
שעשה ועות את חבירו כי מצא חן
יותר ממנו בקנאת שאול בדוד אמנם
הקנאה שנמנית בשבע תועבות ה'
היא האיש המקנא בממון או בשאר
הטובות של חבירו ודואג עליהם
והיא מתחלת ברוב בנשים וחלושי
הדעת אך אינה מוציאה לתרבות רעה
מיד כוו:

ה' שמעתי ושוב פירשת והבדלת שוב
לפרש השנים הניתרים בששה:

ת' חמישית המתעקש ורוצה לעמוד
על דעתו אפילו במקום שחולקים
עליו רבים והוא הזקן ממרא ומורה
גם כן לאחרים לעשות שנאמר והאיש
אשר יעשה בזדון ' ששית החושב
וגומר בלבו שלא לעשות תשובה

ob rectè facta divino beneficio tributas, cujuſmodi Caini fuit in Habelem malevolentia: his enim cùm invidet aliquis ſic exiſtimat, ſe bene-quod alii, conſecutum eſſe; ſupremum adeo factis concedere nemini, neque tamen idem, judicem reſpicere perſonam, dolet antea ſe recta ſapuiſſe, & incumbit in perniciem alterius, qui plus quàm ipſe à Deo diligitur, quomodo Saul invidit Davidi: verùm illa ſuperior invidentia, quæ numeratur in ſeptem vitiis Deo tam odioſis, ea eſt ægritudo ſuſcepta ex divitiis, ceteriſque alterius commodis externis, & cadit plerumque ſemper in mulieres & mentes imbecillas, nec itidem ut iſtæc ad importuniſſima quæque ſcelera continuò impellit hominem.

M. Explanationem tuam & diſtinctionem audio, & valde approbo: ſequitur, ut è commemoratis ſex flagitiis explices reliqua duo.

D. Quintum eſt igitur, ſi pertinaciter in opinione ſua maneat aliquis etiam tum, cùm plerique diſſentiant ab eo ſupremâ auctoritate viri: is ſenex rebellis paſſim uſurpatur: is adeo ſuam aliis obſervandam tradit ſententi-
Eccl. 17. 12 am: de hoc verò ſcriptum legimus, *Vir autem ille qui commiſerit ſuperbè.* Sextum eſt hominem deliberâſſe, & apud animum ſtatu iſſe, nullam unquam admiſſorum à ſe peccato

rum

משום חטא שעשה ואף כי ימות בחטאתו:

ל ומה הם הארבעה אבות נזקין שצועקים לפני ה' ומבקשים נקמה:

ת ראשונה שפיכות דמים הרצוניי אשר יעשה בזדון שאפילו המובח אינו קולט הרוצח שנאמר וכי יזיד איש על רעהו להרגו בערמה מעם מובחי תקחנו למות ועל כיוצא בו נאמר קול דמי אחיך צועקים אלי וגו שנית גלוי עריות באשת איש שנאמר כן הבא על אשת רעהו לא ינקה כל הנוגע בה שלישית שוד ענוים ואנקת אביונים שנאמר עתה אקום יאמר ה' וכו רביעית עושקי שכר שכיר שהרי הוא כאלו נוטל נשמתו ממנו שנאמר ואליו הוא נושא את נפשו והעושה אלה ושבע תועבות נפשו מיד הוא נופל בפח המין השלישי מהעונות שהם הפשעים שהוא היודע רבונו

ומחבין

rum agere pœnitentiam, ſedenim peccatis obſtrictum emori.

M. Sed quæ tandem illa ſunt quatuor primaria damna, quæ clamores tollunt ad Deum, à quo vindictam flagitant?

D. Primum eſt illud, ſi volens & ſciens occidat hominem homo: nam perfugium homicidæ nec ara quidem præbet, ſiquidem in
xo. 21. 14. Lege eſt, *Si quis nefariâ voluntate aggrediatur proximum per inſidias occidere, etiam ab altari meo rapito eum ad mortem:* eódem ſpectat
en. 4. 10. Legis & illud, *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me, &c.* Secundum ab illo contemerare toros aliorum, de quo ſcriptum videmus,
ov. 6. 29. *Sic qui congreditur cum uxore proximi ſui: non feret impunè quiſquis tetigerit eam.* Tertium opprimere pauperes, egentes ad lamentationem & ululatum redigere, de quo divinum illud
. 12. 6. extat oraculum, *Nunc exurgam dicit Dominus.* Quartum conductam operam ſuâ mercede defraudare, quod idem eſt atque animum
ut. 24. 15. ipſi extinguere; ex quo Legis illud, *Et e ſuſtentat animam ſuam.* His addictus & ſep tem illis vitiis Deo majorem in modum inviſi confeſtim rebellione tertio peccatorum gene re ſeſe irretit: id autem eſt ſuum noſſe domi num, & eidem de induſtria repugnare: tun

verè

ומתכוין למרוד בו ואו אבד מנוס ממנו
ואין תקומה לו כי איזה תרופה
ימצא העבד המכיר עבודת אדוניו
ומורד בו ביד רמה כי יבער כמעט אפו
עליו ורוע יריע עליו בשבט ברזל וויסרהו
במשפט ונקה לא ינקה:

ר והתשובה לא תעוור לפושע כמו
לשוגג ולמויד:

ת אין שום ספק כי גדול כח
התשובה הצעקה התפלה ומעשים
טובים שאין שום דבר העומד לפניהם
ולעולם יד ה' פרושה לקבל שבים
אמנם צריך יתרון הכשר מליצים
טובים שהם תורה ומצות להקביל
תפלתו ותשובתו לפני אלקיו כי עונות
ותכונות רעות שהקנה לנפשו הם
מסכים גדולים מבדילים בינו לבין ה'
מלעבור תפלתו והבא לטהר מחולאי
נפשו צריך שיעשה כמו החולה חולי
הגוף שהולך אצל רופא וילמדהו דרכי
דרפואה

verò nullum ei perfugium, nulla ſpes reliqua eſt. Quid enim? Quod ſibi remedium comparet ſervus ille, qui cùm teneat quo pacto ſit inſerviendum domino, palàm ei pro viribus adverſetur? Profectò puncto temporis in illum irâ dominus exardeſcet: ferreum ſuper eo fuſtem confringet, tum in jus eum adducet, nec inde impunè abire ſinet.

M. Quid? nihilne proficit homini rebellione obſtricto pœnitentia, quæ imprudentiæ medetur, atque obſtinationi?

D. Eſt haud dubiè magna vis pœnitentiæ, plangoris, precationis, & piorum operum: omnino nihil iſtis non expiatur, tum ad eos, qui redeunt in viam excipiendos ſemper eſt porrecta Dei manus: verùm enim labe rebellionis infecto amplius quid neceſſarium eſt, adoptandi patroni optimi illi, meditatio Legis aſſidua, ac ſummum æqui & boni ſtudium, quorum beneficio fit denique, ut iſtius obſecratio, pœnitentia Deo detur in conſpectum: nimirum hujus ſcelera, & inſitæ in animo pravæ cupiditates hominem à Deo ceu vela latè prætenſa ſeparant, & prohibent adivari qui volet, eandem tenebit agendi rationem

הרפיאה אשר ילד בה כן חולד
חולאי הנפש צריך שילך אל חכם
וירפאהו וכמו שרופא הגופות נות
תרופה מתנגדת לטבע החולי והליחד
הגוברת כן רופא הנפשות צריך שיתנגו
ברפואותיו לטבע התכונה הגוברת בנפש
החולה:

ר ומה הם הדברים והתכונות
המתנגדים לשבעה גופי עבירה
המתחילים בפה רך ומשלימים
בפרך:

ת כנגד הבטלה יבא הוריות הגדור
כנגד הגאוה השפלות כנגד הגרגרנות
הענוי בצום והנזר מתענוגי המאכל
כנגד הזמה בטול התאוה כנגד הכעס
הסבלנות והעדר הרגשת הזרפה כנגד
הקמצנות הנדיבות והותרנות כנגד
הקנאה טוב הלבב וכן ישתדל לעמוד
שנים או ימים על הפך תכונת נפש
עד שתקנה הנפש הפעלות רושם
וזרגל וירגיש תועלת רב בתרופה

nem, ac qui corporis adversâ valetudine conflictatur : hic enim medicum convenit, ex quo discat qua via morbus sit depellendus; similiter æger ab animo sapientem, à quo curetur, adeat oportet. Cùm verò medecina corporis ita paretur, ut morbi & humoris gravissimi naturæ contraria sit; sequitur, ut animorum medicus item remedia quærat ea, quæ pugnent contra vim & naturam cupiditatis quæ dominatur in ægrotantis animo.

M. Expedi nunc jam, quæso te, mores & studia quæ opponuntur his septem totius perversitatis originibus, quæ principiò blandæ, postremò dominæ sunt non ferendæ ?

D. Opponitur desidiæ egregia diligentia, superbiæ humilitas, helluationi maceratio jejunii, ciborúmque delicatorum abstinentia, libidini despicientia voluptatis, iracundiæ patientia, & quoddam quasi callum sensibus obductum contra morsum opprobrii, avaritiæ beneficentia & liberalitas, invidiæ benevolentia. Jam verò necesse est, ut longinquum temporis spatium omni studio incumbas ad rationem animi libidini contrariam usque adeo, donec usus diuturnus animum ad hanc partem applicuerit, ac nimiam medi-

camenti

ואחר כך יחזור לאחוריו ויעמוד על המיצוע שהוא המשובח בין כל הקצוות כמו שילמדהו וישכילהו חרש חכם שיבקש לו :

ד חיצטרך דבר אחר לעמוד חוק כנגד השטן הוא יצר הרע המשטין ומבקש להחטיא את האדם בכל שעה ובכל רגע נוסף על הדברים שאמרת :

ת יצטרך חסד ה׳ וחנו יעזרהו ויאמצהו ימלט נפשו מיד שאול סלה שעל ידי התפלה וכונת הלב ומעשים טובים תושג כי קרוב ה׳ לכל קוראיו ולא ימנע טוב להולכים בתמים והוא יחוננהו העוז כנגד העצלה והבטלה יראתו הפנימית כנגד הגאוה ההשכל כנגד הגרגרנות החכמה כנגד הזמה הבינה כנגד הכעס העצה כנגד הקמצנות החמלה כנגד הקנאה ויאכילהו פרי המדות האלו שהוא מתוק לנפש שקוי לעצמות ומרפא לכל תכונה רעה

camenti vim & effectum agnoſcas: rurſuſque cedas retrò, ac conſiſtas in laudabili medio, quod eſt duobus extremis interjectum auctore & ſuaſore peritiſſimo illo ac ſapientiæ viro, quem conſulendum tibi delegeris.

M. Ecquid igitur amplius iſtis jam à te commemoratis neceſſarium eſt ad obſiſtendum fortiter adverſario noſtro cupidini pravæ, quæ nos urit uſque, & uſque nos ad ſcelera detrudit?

D. Verum: neceſſe eſt, ut miſericordia Dei nos, & gratia juvet ac corroboret, eademque noſtrum eripiat animum ex implacabilis orci manu: quæ nobis aderunt utique ſi in preces Deo adhibendas incumbamus toto pectore, ſi bonum & æquum colere ſtudeamus: namque prece numen ſuum adorantibus propinquat Deus, tum viam rectam ſequentibus nullam abnegat opem. Is adeo nobis fortitudinem impertietur contra deſidiam & inertiam, perfectam adverſus ipſum reverentiam contra ſuperbiam, cor ſobrium contra hellu-tionem, ſapientiam contra libidinem, prudentiam contra iram, conſilium contra avaritiam, humanitatem contra invidentiam: is porro nos harum virtutum explebit fructu, qui ſimul animum oblectat, humectat artus, inſuper & quamlibet corporis habitudinem malam humoris ſui ſalubritate ſanat; ita fiet, ut quiete & tranquillitate fruamur, & vi-

ventes

בשרירות וישב בהשקט ובשלוה וירגיש
אפילו בעודו בחיים מעין העולם הבא
כל שכן שאחרי מותו ישב במעלות
הצדיקים ויתענן עמהם בגן ערן:

ו ומה הוא הפרי הזה המתוק
והערב:

ת האהבה השמחה השלום הוריות
הנקיות הטהרה הפרישות הקדושה
הענוה היראה הפנימית בהכרת גדולת
יוצרו והבנת דרכיו בחכמה והשכל
הגחסידות ולבסוף רוח הקורש כי הוא
ויצא מלבו יין חמריות העולם ותענוגיו
יכנס בלבו סוד ה׳ ורוח קדשו יכונהו
ויאיר כל שלשה חלקי נפשו ויתעדנו
וישכילו מאותם השלשה מתנות שהם
שרש האמונה ועמודי התורה עד כי
יראה אור בעודו באפילת חשכת חמרו
וגופו ולא ילך בהם כסומא
באורבה:

ventes adhuc ex ſummo venientis ævi bono nonnihil ante præcipiamus: poſt mortem verò ad celſam & illuſtrem piorum hominum dignitatem evehamur; ac cum his unà in horto pleno deliciarum vitâ planè beatâ gaudeamus.

M. Quid eſt igitur, obſecro te, fructus ille tam ſuavis & jucundus?

D. Amor, gaudium, pax, ſedulitas, innocentia, caſtitas, continentia, ſanctitas, manſuetudo, verúſque Dei timor is, qui naſcitur ex conditoris excellentia cognita, perceptâque prudentia ac conſilio regendi, præterea pietas, & ad extremum afflatus ſpiritus ſancti. Etenim à ſpurco terræ vino & obſcœnitate voluptatis cùm fuerimus abducti, tum verò ſuum nobis arcanum, numéque Deus inſpirabit, quod pectus noſtrum præclarè fingat, & tres animi partes ſimul unà colluſtret, oblectet, expleat: idémque nobis impertiet tria illa dona, que ſunt ſtirps veræ perſuaſionis, & divinæ Legis fundamentum: ex quibus fiet, ut etiamdum incluſi corpore terreſtri obſcuro, tenebricoſo, cœleſtem lucem conſpiciamus, neque porro noſter talis ſit ir- qualis in tenebris eſt cæci.

ר׳ פרש דבריך ותחלה מה הם שלשה חלקי הנפש:

ת׳ השכל הרצון והזכרון:

ר׳ מה הם השלשה מתנות שהם שרש האמונה:

ת׳ האמונה הבטחון והאהבה שכבר אמרתי עניינם:

ר׳ ומה הפרש יהיה בין היודע דברים אלו בקבלה לבד כמו שאתה יודעם עכשיו התלמיד הנאהב ובין היודעם בידיעה אמתית אחר שיתחדש לו בנפשו המתנות שאמרת:

ת׳ ידיעת דבר זה אין בי כח להשיב כי הסומא לא ישפוט במאורות אב חושב אני שיש יתרון מעלה ע היודעם בידיעה אמתית ומפורשת מהיודעם בקבלה לבד כמו שיש יתרון למי שאומרים לו האמן כי בבים זה יש מאה גדובים ואין אתה יכול לראת [illegible] אבל יהיו לצורכך ויועילו

למי

M. Quæ fecisti modo verba desiderant explicationem: ac primùm quænam illæ sunt partes animi tres?

D. Ingenium, voluntas, & memoria.

M. Quæ verò sunt dona illa tria, quibus sic, ut stirpe nitatur vera persuasio?

D. Fides, spes, & caritas, quarum ego rationem supra exposui.

M. Quid verò? Numquid interest utrùm ista quis itidem, ut tu nunc, discipule mihi carissime, audita tantùm, an planè cognita ac comprehensa habeat, postea, quàm impertita fuerint animo tria illa, de quibus antè dixisti, dona?

D. Ad hanc ego quæstionem respondere non possum; neque enim potest de luce judicare cæcus: attamen animum sic induxi meum certam istorum & exploratam cognitionem auditione sola longè præstabiliorem esse: haud absimiliter ac si cui diceretur centum in isto loculo nummos inesse credito, quos tibi quidem nec cernere nec tangere licet; sed enim apparati sunt ad necessitatem ac commodum tuum, minus bene profectò cum hoc ageretur, quàm si concederetur eidem, ut num-

למי שראה את הזהובים ומנאם
חמשה וארבעה פעמים ויש כח בידו
לראותם כשורצה ולהשתמש מהם כי
או ידע בודאי כי יהיו לו לבדו לעת
הצורך ולכן באתי לפניך מרי ודבי שעל
פי מדותיך תדריכני ולמדני את חקיך
הבינני לעשות מצות קוני על פי
התורה והקבלה אשר צוה לנו משה
מרשה לבני ישראל כדי שאוכל להכיר
גדולת מעלת יוצרי מלכי ואלקי עד
מקום שאדם ילוד אשה יוכל להגיע
בעיני שכלו בעודו בחיים ואל יטרידוני
התכונות הרעות והמדות הפחותות ומעוט
ההבנה כי לכך נוצרתי:

ל ברוך הבא בשם ה' אשרי יולדתך
ישמח אביך ואמך שמח שמחתני בדבריך
מובטח אני שתעשה חיל באפרתה
ותורה הוראות ביהודה אך בני שמע
בקולי ויצפון לבך אמרי ואל תטוש תורתי
החרש ואאלפך חכמה:

nummos ipſemet inſpiceret, inſuper & quater aut quinquies numèraret, atque iiſdem, ubi vellet, cùm oculos paſceret, tum etiam uteretur; quia enim tunc demum certò ſciret ſe ſolum nummos iſtos ſuum ad uſum paratos habere. Qua de cauſa nunc ad te, ſapientiſſime magiſter, accedo, qui præceptis tuis ac monitis dirigar & erudiar ad inſtituta tua: trade mihi quo pacto voluntati mei conditoris obſequar ex præſcripto utriuſque Legis ſcriptæ traditæque per Moyſem Iſraelitis pro lautiſſimo patrimonio conſtitutæ: fac repertoris mei, regis, & Dei præſtantiam excellentem diſpiciam, quatenus homini de muliere nato, dum hujus lucis uſura datur, per imbecillam mentis aciem licet: ne committas, ut improbæ cupiditates ab iſto me conſilio revocent, vitioſique mores & intelligentiæ tenuitas: namque ad hunc finem natus ſum.

M. Deum, cujus auſpiciis huc adveniſti, adventum tuum tibi fortunare volo: beata, quæ te peperit: næ tu magnæ voluptati parentibus eris: oratio tua gaudio me complevit: nec ſum animi dubius, quin eximiæ virtutis exemplum olim præbeas in Ephrata, Judæámque doctrinis illumines. Nunc igitur, fili, dicto mihi te audientem eſſe; in mente recondere inſtituta mea, nec ab his unquam deſciſcere velim: nam ſi vis attendere animum, præceptis meis eum ad ſapientiam egregiè conformabo.

D.

ת׳ דבר אדוני כי שומע עבדך הכינותי לבי ורעיוני להקשיב למצותיך מכל ארח רע כלאתי רגלי למען אשמור דבריך הנה תאיתי לפקודיך צמאה לך נפשי בצדקתך חייני:

ר׳ ואתה דע לך התלמיד הנחמד והנעים כי יראת ה׳ ראשית כל הידיעות וכל החכמות והיא האוצר הגדול המחזיק את כלן וכל מי שאין יראה בלבו אינו ראוי לבא לבית המדרש פן יוסיף על חטאתו פשע כי זכה ביראה התורה נעשית סם חיים בלבו של אדם לא זכה בה נעשית סם המות והוא דע מחיות השדה כי משתמש במיני הנבלים והערמות על כן אל תט ימין ושמאל מדרכי היראה כמאמר הכתוב את ה׳ אלקיך תירא ואת לדבות תלמידי חכמים כי הם יאירו עינך יוהירוך ... על פי התורה אשר יורוך:

D. Loquere, domine, quia audit ſervus tuus: inſtitui mentem & rationem ad obſequendum præceptis tuis; à quacunque via minus recta pedes meos arcebo, quo facilius inſtituta tua ſervem: namque meus præcepta tua cupidè ſitienter appetit animus: fac igitur me ut pro tua juſtitia ſalvum & incolumem præſtes.

M. Id ergo primùm accipe animo, grate mihi jucundéque diſcipule, cunctarum notionum ac doctrinarum principium eſſe Dei timorem, quo veluti quodam theſauro quàm ampliſſimo omnino continentur omnes: cujus autem in animo timor iſte non fuerit inſitus, hunc non idoneum eſſe, qui admittatur in gymnaſia divinæ Legi explicandæ conſtituta, ne cumulet ſcelera ſceleribus: ſic enim res ſe habet, cui homini contigit, ut Dei majeſtatem revereatur, illius animo divinæ Legis doctrina medicamenti ſalutaris inſtar erit: contrà cui non eſt datum iſtuc, venenum exiſtet lethiferum: nam homo ſic affectus etiam feris belluis eſt immanior, quippe qui ſcientiâ divinæ Legis ad fraudem & malitiam abutitur. Qua de cauſa noli tu de via recta deflectere, noli de via commemorati timoris declinare nec ad dextram nec ad ſiniſtram, prout à Lege
18. præſcriptum eſt, *Dominum Deum tuum timebis.* Jam hoc Legis articulo ſignificatur & adverſus ſapientum diſcipulos adhibendam eſſe reverentiam: etenim hi menti tuæ lumina præferent, hi te inſtituent, atque ad omne officii

mu-

עוד ידע והאמן שכל מי שרוח הבריות
נוחה הימנו סימן טוב הוא לו שרוח
המקום נוחה הימנו והוא ירא את
ה׳ בסתר ובגלוי על כן לעולם יהיה
אדם ערום ביראה ואת לעשות
באופן שכל בני אדם יאהבו אותו
ויהיה רצוי לכל אחיו ודא היא
מרגליתא בפי קדמונינו להיות מענה
רך שגור בפיו שהוא משיב חמה
ולהרבות שלום עם אחיו וקרוביו ועם
כל אדם ואפילו עם נכרי בשוק
ולבבדו ולהיות מקדים בשלומו ולהיות
ישר ונאמן עמו כמו עם אחיך זרע
ישורון כי גולתו חמורה מגולת ישראל
אשום חלול ה׳ וכדי בזיון שיאמרו
עלינו שטנה שתורתינו הקדושה תסבול
חס ושלים הגניבה והגזל והבזיון
לשום אדם והרי החמירה אפילו על
גניבת דעתו של נכרי ומלרבר אליו
תועה ודברי כוב כי שאירית ישראל
עולה ולא ידברו כוב עם
שום

munus inſtruent ex præſcripto divinæ Legis, quam tibi dilucidè explicabunt.

Deindè diſce id quod tibi penitùs perſuaſum eſſe velim, quiſquis animis hominum fuerit acceptus, eum bonum habere ſignum ſe Deo quoque gratum eſſe: nam is Deum clàm & palàm veretur. Quocirca quiſque cum ingenio ſeſe dedere timori iſti debet, & efficere, ut ametur ab omnibus, cunctiſque fratribus ſit in oculis: erat majoribus noſtris in ore "ſemper hæc aurea ſententia, Quiſque con- "ſueſcat reſponſa dare placida, quippe quod "extinguit iram, & multo pacis ac concordiæ "ſtudio conciliare ſibi fratres, propinquos, "cunctos homines, etiam alienigenam com- "munione fori conjunctum, huic honorem "habere, ſalutem impertire prior, tam "æquum & fidum eſſe, quàm conſanguineis "ſuis ſatu Iſraelitarum editis. Etenim multò gravius eſt ſcelus ethnico, quàm Judæo quid per vim eripere: nimirum ille propter injuriam ſibi factam Dei numen profanum deſpicatum habet, ac nobis, univerſis inclementer dicit Legem noſtram adeò, ſanctam pati (Deus propitius eſto) nos homini extraneo ſua furari, rapere, contumelias imponere: quin illa ſtrictè vetat alienigenam deludere dolis, captionibus, mendaciiſque fallere: non eſt jus reliquias Iſraelitarum fraudem face-

שום אדם ולא ימצא בפיהם לש
רמיה ודמשתמע לתרי אנפי אלא מ
שבלב יהיה בפה נקי כפים ובר לב
הולך צדקות ודובר משרים שונא בצ
ועולה וכל רמיה:

לא תשא פנים לשום אדם נג
האמת ויהיה הוא אהוב אצלך מכל
שאר הדברים כי אלקים קדושים
וחותמו אמת הסתפק במה שחנ
כוראך אם מעט ואם הרבה ודע כ
אין עושר לאדם בהסתפקות והשמ
בחלקו לא המרבה נכסים בדאגה
וחומס נפשו הוא באמת עשיר:

וכל מעשוך יהיו לשם שמי
לכבוד הבורא יתברך בכל דרכי
דעהו בלכתך בדרך בשכבך ובקומ
והמשל במאכלך דע שהשם יתבר
ברא המזון בעוצם חכמתו ונתן בו כ
להשיבו לעצם הנזון בשכבך כשתלך
לישון חשוב שה ברא השינה לאד
ברי שהגוף ינות ויחליף כחו ויהי
ברי

re cuiquam, neque mendacium dicere, non eſt, neque voces ambiguas fundere, quibus duæ differentes ſententiæ ſubjectæ ſint: in ore ſemper idem quod in animo habere debent, puris manibus eſſe, mente caſtâ, recta ſapere, vera loqui, avaritiam, fraudem, & omnes omninò fallacias odiſſe.

Cave ne quenquam ita reſpicias, uti deſeras veritatem: hanc unam poſthabitis omnibus colito: Deus enim ſanctus eſt, & hujus ſigillum veritas. Jam quid tibi cunque largietur conditor tuus, id tibi ſufficiat, ſeu parum, ſive multum fuerit: ſic enim habeto, divitem eſſe qui ſorte ſuâ contentus vivat hilaris: qui verò circumfluens omnibus copiis ſollicitus eſt, & angitur animi, hunc neutiquam eſſe divitem.

Singulas actiones tuas Dei nomini dicato: ad gloriam præpotentis opificis omnia refer-to: continuis vitæ commutationibus auctorem tuum agnoſcito, incedendo, decumbendo, ſurgendo. Exempla rebus adjungamus: cùm cibum capis, conſidera animo divinæ mentis infinitâ ſolertiâ cibum ita paratum, ut in ſe vim habeat ejuſmodi, quâ convertatur in naturam ejus à quo ſumitur: cùm verò cubitum abis, cogita tecum nobis hominibus divino beneficio tributum eſſe ſomnum, qui cor-

בריא לעבודת הבורא וכן בכל שאר
הפעולות הגופניות התבונן בהם ותן
כבוד ותודה לאלקים כי בזה האופן
כל מעשך יהיו לשם שמים ותהיה
השגחתו דבקה בך והוא יישר כל
ארחותיך הסר רגליך מכל נתיב ישט ימי
ושמאל :

והוי צנוע בכל פעולותיך במפורסם
ונסתר כי את צנועים חכמה :

שמור נפשך מאוד מלהתחבר עם
פועלי און שהחברה ירגיל האדם
לכל מדה טובה או מגונה והרשעים
תועבת ה׳ המה על כן בסודם
ובקהלם אל תבא נפשך מנע רגלך
מנתיבתם כי רגליהם לרע ירוצו ודע
והאמן כי בהתחברך עמהם אף כי לא
תעשה כמעשיהם יפרוץ ה׳ מעשין
ותתרחק מאהבתו ויראתו ויקלקלו כל
ארחותיך הסר רגליך מרע ומן הכיעו
[illegible] לו והוי זהיר לעילם שלא
[illegible]

corpus laxet, reficiátque vires, ut ſani deinceps ac validi Deo cultum adhibeamus: ſimiliter & ad ceteras corporis functiones animum adverte, pro quibus honores Deo & gratias habeto. Sic, ſic debes omnia quæ facis ad Deum referre, qui tibi continuò providebit ac conſulet, vias tuas rectas efficiet omnes; arcebit pedes tuos omni tramite, qui ad dextram aut ad ſiniſtram abducat.

Porrò autem cunctis in rebus palàm & clàm agendis pudoris & verecundiæ leges ſervato, quia enim verecundos ſapientia comitatur.

Vide diligenter etiam atque etiam ne conſuetudinem jungas cum improbis, quia enim conſuetudo cujuſvis animum ad præſtantiores deterioréſve partes applicat, tum autem Deus abominatur homines ſceleratos: ne inducas igitur animum admiſcere te conſilio & cœtu talium: ne veſtigiis iſtorum inſiſtas, qui pede properante tendunt ad maleficium: notum tibi fuerit & illud, perſuaſúmque, ſi cum iſtis uſu conjunctus ſis, tametſi non imiteris eorum facinora; nihilo ſeciùs incepta tua Deum interrupturum eſſe, tum è corde tuo ceſſurum numinis amorem ſimul & ſanctum horrorem & anfractibus adeo plenas tibi fore vias omnes. Fuge pravitatem, declina turpitudinem,

לבא [illegible] חשד מדבר שהוא גנ
עשה טובה עם כל אדם אר
תמנע טוב מבעליו בהיות לאל יד
לעשות ובלבד שלא תחטא לאלקי
כי אם יאמר לך אדם ואפילו אבי
קנך או מורה צדקך ואפילו שר א
שלטון עשה דבר זה וחטאת לאלקי
לא תאבה לו ולא תשמע אליו ל
תירא מפניו כי גדול ה' ומהולל מא
ויראתו וצוויו תהיה קדומה להיור
על פניך ממצות ויראת שום אד
ושלטון כי אם כבה אתה עושה ו
יהיה בכסלך ושמר רגלך מלכד ומכר
דבר רע על שחל ופתן תדרוך תרמוס
כפיר ותנין ותנצל מכל הפגעים רעי
אתה המבקש תורה שקוד על דלתות
ום יום מבקר לערב כי לא אמני
ללמדך להועיל וללכת ביראת ד
ל היום אך עשה זאת איפה כנ
רון לקראת אלקיך והכן לבך ורעיונ
ל רחד ודעיתך ויפתך
לו

pitudinem, & quicquid ad ejus ſimilitudinem accedere videatur : vigila jugiter ne voceris in ſuſpicionem alicujus rei flagitioſæ. De omnibus benè mereri ſtudeas, nec graveris dare beneficium indigentibus ſiquidem tibi eſt in manu, modò ne quidquam contra Deum committas : nam ſi uſu veniat, ut hominum aliquis, ipſe parens, herus, præceptórque tuus, immò verò princeps, aut etiam rex longè potentiſſimus jubeat te quidpiam facere contra Deum, ne huic pareas & dicto ſis audiens, ne commoveat te tantum homo, quantum Deus Opt. Max. ſedenim hujus imperium & tribunal horrendum plus tibi terroris incutiat, quàm cujuſvis hominis, atque adeo regis edictum ac minæ quantumvis formidoloſæ. Quam ſi teneas agendi rationem, occurret expectationi tuæ Deus; & à latenti pedica & prorſus ab omni caſu ſiniſtro te tuebitur : magnos & violentos leones proſternes, aſpidas & dracones obteres, & cunctis è periculis evades ſalvus & incolumis. Nunc verò tu, quoniam divinæ Legis cupis arcana percipere, liminibus meis inhæreto diebus ſingulis uſque à diluculo ad veſperum : non gravabor enim ad ſalubrem animo tuo virtutem atque religionem in Deum erudire te die toto : age verò, nate, para te, para mentem & rationem, atque imo de pectore quàm poteris ardentiſſimè comprecare Deum, ut tibi pandat doctrinæ

Por-

לך שערי תורה שערי חכמה השכל
וידוע אותו כי אם בואת יתהלל
המתהלל את האלקים ירא ואת
מצותיו שמור כי זה כל האדם:

תם ונשלם לכבוד ה' יוצר עולם:

תפלה

portas, ac clauſtra ſapientiæ reſeret: noſce, noſce Deum: hæc eſt enim una res, in qua rectè gloriere ſi gloriari velis. Ceterùm horre Dei numen, præcepta faceſſe: nimirum hæc eſt hominis abſoluta perfectio.

Pro confecto finitóque libello honores & gratiæ Deo, cujus opificium eſt rerum univerſitas.

Hæc

תפלה תקנתי לשאול עזר מהעזר
האמתי על היראה והתשובה ולמוד
החכמה:

הכן לקרת אלקיך בכונה:

אלקי תהלתי אל תחרש האל הגדול
הגבור והנורא בך בטחתי אל אבושה
דרכיך ארוני הודיעני ארחותיך למדני
שלח עזרתך אל עבדך מקדש והבינהו
תורתך ועדותיך כי צמאה נפשי ורוחי
לדעת את מצוותיך גרסה נפשי
לתאבה אל משפטיך בכל עת דרך
שקר הסר ממני וכל דעת כוב אשר
לא כתורתך וכרעת החכמים האמתיים
אשר ישבו בסודך אל תשיבני מסברי
עננו ארוני עננו כי טוב חסדך פתח לבי
ורעיוני הביננו ואצרה תורתך ואשמרנה
בכל לב ויהיו שני כליותי יועצות אותי
בכל עת לנצור פקודיך ולבי כמעין
המתגבר

Hæc eſt à me compoſita precatio, quâ religionem ſacrorum, maleficiorum pœnitentiam, & adeptionem ſapientiæ petas ab eo, qui ſolus illa dona cœleſtia dare potis eſt.

Animum ad Deum appelle, & quàm poteris attentiſſimum tene.

DEUS, *cujus de laudibus mea vox ubique prædicat, ne de me conticeſcas: Deus magne, potens, & formidabilis, ego tibi confidi, ne committas, ut pudore ſuffundar: vias tuas, obſecro Domine, monſtra mihi, ſemitas aperi: auguſta de ſede tua reſpice puerum tuum, effice Legis & diſciplinæ tuæ gnarum & prudentem: namque tuorum ego præceptorum intelligentiam uſquequaque ſitio, & ejus, quod à te conditum eſt, juris prudentiam ita deſidero, ut præſtudio mihi deficiat animus: vanum à me ſenſum averte ſemper, & opinionem falſam, quæ abhorrent à tua Lege, & à ſententia ſapientum, illorum videlicet cultorum veritatis, quibus tute myſteria tua aperuiſti: expectationem deſiderii mei explere ne denegaris: exaudi, Domine, exaudi me pro mira benignitate tua: agedum laxa mihi mentem, & rationem, & præbe, quæſo te, judicium intelligens; fac, ut ad Legem tuam ſervandam incumbam toto pectore, idque mihi conſulant aſſiduè renes ambo, tuis ut impe-*

rii

המתגבר וכנחל נובע וכבור סיד שאינו
מאבד טפה הט לבי ורעיוני אל
עדותיך לשמור ולעשות וליראה מפניך
כי אתה מחסי וכסי אתה אדוני מגן
בעדי כבודי ומרים ראשי אתה תומיך
גורלי להעביר עיני מראית רע ורגל
מלרוץ לרעה וידי מתמוך בשחד ובצע
וכל כחתי מלעשות נגד רצונך גל
מעלי חרפה ובוז מכל משטין ומפתה
מארחתיך השיבני לעשות רצונך וקבלני
לפניך בתשובה שלימה ושא על
כל פשעי שגגות וזדונות ולא אוסיף
לראבה עוד בחטא לא במחשבה
ולא בדבור תחטאני באוב ואטרד וכ
עונותי מחה אל תשליכני מלפניך
חנני אלקים כחסדך נסתום וכמה
וביגה תודיעני גל עיני ואביטה
נפלאות מתורתך לב טהור ברא לי
אלקים ורוח נכון חדש בקרבי ליראתך
ואשמידה תורתך תמיד לעולם ועד
אחלי

riis obtemperem: redde meum animum assimilem fonti magis ac magis increscenti, diluvio perenni, & illitæ tectoriâ calce cisternæ, quæ nec guttam humoris quidem amittat: inclina voluntatem ac consilium meum ad tua mysteria tenenda, ad imperia facienda, atque ad numen tuum piè metuendum: numque tu vallum meum, tu lorica mea, tu, Domine, clypeus ille, quo tegor undique, tu decora mihi galea, & crista sublimis; tu idem meæ sortis sis stabilimen, ne sinas oculi mei pascantur aspectu rei flagitiosæ, tu porro meum esto retinaculum, contine pedes à cursu nequitiæ, contine manus à munere corruptoris & iniquo quæstu, contine porrò vires omnes ab omni incepto ejusmodi, quod voluntati tuæ repugnat: à consiliis depravatis ac deviis ad tuum me converte nutum: recipe in gratiam planè reconciliatam: maleficia remitte mihi prorsus omnia scienter imprudenter admissa: pœnitet, non revertar: nec cogitatione, nec oratione peccabo deinceps: hyssopo me felici respherge, uti purus evadam, elue cunctas flagitiorum meorum maculas, supplicem me ne rejice, miserere mei, Domine, pro tua immensa & infinita misericordia: trade mihi prudentiam & providentiam quandam interiorem ac reconditam, exacue mihi mentis aciem ita, ut splendorem pulchritudinémque tuæ Legis admirabilem perspiciam: cor purum effice mihi, & ad spiritum rectum innova præcordia mea, quo castior tuam majestatem verear usque,

אחלי יכונו דרכי לשמור חקיך אר
עובני ואל תטשני ואל תסר חסדן
מעבדך בן אמתך אלי אתה ואודן
אלקי ארוממך ואתה אלקים אדונ
עשה אתי למען שמך כי טוב חסד
הצילני ברוך אתה אדוני למדני חק
היו לרצון אמרי פי והגיון לבי לפנ
אדוני צורי וגואלי :

& legem tuam obſervem ſine fine : muni mihi vias, obſecro te, quàm aptiſſimas ad obſequendum præceptis tuis : ne deſeras, ne derelinquas me, neu miſericordiam tuam mihi deneges ſervo tuo ancillæ tuæ filio : te Deum meum celebrabo, te Dominum meum magnificabo ; te igitur obteſtor rectorem & Dominum meum, ut, quæ tua eſt bonitas, tuæ laudis ergò benignè mihi facias, ſaluti meæ conſulas, atque hoc tibi nomine gratuler, quòd tuorum mihi ſententiam oraculorum expoſueris. Verba ore meo fuſa, & animi mei cogitata tibi cordi ſint, qui idem es & Dominus meus, & ſervator meus.

Cùm

נראות המשכיל ר׳ משולם בכמה״ר
יצחק סלם יצ״ו יופי החבור הלז וחין
עיכו נשא משלו ויאמר כה׳:

אנוש חפץ תמיד שלמות התלמיד
בחוק את ברק אמונותיו בטוב
הלא טוב אמנה׳ ופרפר לחכמה׳
בספר זה ימצא ויקרא בו כי טוב
ואב ראם יגל לאברהם יגל
ישבח יען חננו לקח טוב

Cùm Rabbi Meſulem clariſſimi Rabbi Iſaaci Selami filius, vir doctus & intelligens, hujus libri dignitatem animo conſideràſſet, ſimul & diſpoſitionem & ordinem luculentum, hoc ejus præconium verſibus mandavit.

Quiſquis docendi cepiſti provinciam aſſiduè diſcipulorum perfectioni conſule,
Sincero Dei cultu tradendo, confirmandáque religione purâ.
Pura religio & doctrina ſanè quàm exquiſita
In hoc continetur libro omnium vocibus celebrando.
Ergo prole ſuâ adeò gloriosâ lætetur parens hujus noſtri Abrahami Jagel,
Et hic laudibus efferatur, qui nobis impertivit tam eximiam doctrinam.

FINIS.